Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



Mason.
O.129.

SACRA RITUUM CONGREGATIONE

EMO ET RMO DOMINO

CARDINALI ODESCALCHI

RELATORE

# ROMANA

SEU

# JANUEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZAZIONIS

VEN. SERVI DEI

# JOANNIS BAPTISTÆ

DE RUBEIS

CANONICI INSIGNIS BASILICÆ S. MARIÆ

IN COSMEDIN

BODLEIANA BIBLIOTHECA

## NOVISSIMA POSITIO

SUPER VIRTUTIBUS

ROMÆ MDCCCXXXIV.

Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ

# ROMANA
SEU
# JANUEN.
BEATIFICATIONIS ET CANONIZAZIONIS

VEN. SERVI DEI

# JOANNIS BAPTISTÆ
## DE RUBEIS
CANONICI BASILICÆ S. MARIÆ IN COSMEDIN URBIS

## FACTUM CONCORDATUM

Ad evincendum, demonstrandumque ea omnia quæ hucusque gesta sunt in Causa V. S. D. Joannis Baptistæ De Rubeis, rite fuisse peracta, hæc breviter, atque expedite narrabo. Expleto vitæ curriculo in christianarum virtutum exercitio die 23. Maji Anni 1764. Vir Venerabilis obdormivit in Domino cum universali Sanctitatis fama, qua permotus Rmus Cardinalis Urbis Vicarius anno 1772. ordinariam Inquisitionem incoepit super fama Sanctitatis, Virtutum, et Miraculorum, aliamque super cultu numquam exhibito dicto Viro Venerabili, explevitque anno 1775., quorum Processuum aperitio indulta fuit die 28. Aprilis 1778. et die 13. Junii ejusdem Anni Rmus D. Card. Vicecomes fuit Relator Causæ nominatus; subinde vero die 4. Augusti 1779 impetrata dispensatione apostolica tam a non integro decennii lapsu a die præsentationis Processuum, quam ab interventu, et Voto Consultorum, ampliatoque Judicio Scriptorum S. D. tributorum, ut ex Decreto 14. Februarii 1781. dubium in ordinario S. R. C. Conventu diei 23. Junii dicti anni propositum fuit = *An sit signanda Commissio Introductionis Causæ in Casu, et ad effectum de quo agitur?* = et S. C. respondit

Af-

*Affermative si SSmo Domino Nostro placuerit* = Sa: Me. Pontifex Pius VI. die 27. ejusdem Mensis et Anni Commissionem propria manu signavit.

Cum interea reperirentur in Urbe plures Testes senes, valetudinarii, vel proxime ab futuri, Postulator Causæ supplicavit pro expeditione facultatum dirigen. Rmo Card. Urbis Vicario pro costruendo Processu ne perirent probationes et fuere concessæ cum facultate delegandi tres Episcopos eidem Cardinali bene visos in vim Decreti diei 12. Januarii 1782.

Die 27. Aprilis 1784. proposito in Congregatione Ordinaria dubio = *An Sententia Judicis ab Emo, et Rmo Domino Cardinali Urbis Vicario Delegati lata super cultu Servo Dei non exhibito, seu super paritione Decretis Sa: Me: Urbani VIII. sit confirmanda in Casu etc.?* = Responsum fuit = *Affirmative si SSmo Domino Nostro placuerit* = Quod Rescriptum Sa: Me: Pius VI. probavit die 12. Maij ejusdem anni 1784. Præterea eadem Sa: Me: sub die 19. Decembris 1787. facultatem impertitus est Rmo Urbis Vicario facta ei potestate subdelegandi, tres Archiepiscopos, seu Episcopos sibi benevisos construendi Processum super fama Sanctitatis in genere. Dum vero manus fuerant admotæ ejusdem Processus constructioni Causæ Relator fato cessit, et suffectus fuit Rmus Card. Salviati, ut patet ex Decreto diei 20. Decembris 1788.

Lapsum interea cum esset tempus præfinitum ad compilationem Processus super fama in genere Decreto diei 18. Martii 1789. prorogatur terminus ad triennium, processusque ad finem perductus præsentatus fuit in Actis S. R. C., et Sa: Me: Pontifex Pius VI. die 19. Decembris ejusdem anni aperitionem indulsit.

Obtenta inde sub die 19. Maij 1790. facultate proponendi dubium super Fama in genere in Congregatione Ordinaria absque interventu Consultorum Rmus Card. Ponens die 9. Aprilis anni 1791. sequens dubium S. C. proposuit = *An constet de validitate, et relevantia Processus Auctoriate Apostolica in Urbe constructi super fama Sanctitatis, Virtutum, et Miraculorum in genere dicti Ven. Servi Dei in casu, ed ad effectum de quo agitur?* = et responsum habuit = *Affirmative si SSmo Domino Nostro Pio VI. Pontifici Maximo placuerit* = factaque subinde relatione SSmus responsum S. C. approbavit die 16. ejusdem Mensis, et Anni.

Hoc judicio absoluto, Causæ Postulator supplicavit ut Pontifex dignaretur comittere Card. Urbis Vicario prosequutionem Processus super Virtutibus, et Miraculis in specie, et favorabile Decretum reportavit sub die 28. Maij supradicti anni. Instante postmodum eodem Postulatore Pontifex indulsit, ut validitas Processus Ordinarii, et Apostolici in Urbe constructi ad trutinam revocaretur in Congregatione Ordinaria absque interventu, et voto Consultorum die 10. Decembris 1794.

Quum

Quum vero per obitum Card. Salviati Causa fuerit Relatore destituta Pontifex subrogavit Rm̃um Card. De-Somalia ut patet ex Decreto diei 19. Januarii 1796.

Præsentatus hinc fuit in Actis S. R. C. Processus Apostolicus super Virtutibus, et Miraculis in specie, et juxta morem apertus in vim decreti 9. Januarii supradicti Anni; paratisque Summario, Animadversionibus, et Responsionibus in Congregatione Ordinaria habita die 1. Aprilis 1797. propositum fuit dubium = *An constet de validitate Processuum tam Apostolica, quam Ordinaria Auctoritate constructorum, Testes sint rite, et recte examinati, ac jura producta legitime compulsata in casu, et ad effectum de quo agitur?* = responsum fuit = *Affirmative si SSm̃o Domino Nostro placuerit* = factaque autem relatione SSm̃us benigne annuit die 5. ejusdem Mensis, et Anni.

Cum autem ex Processibus in Causa compilatis constaret Ven. Servum Dei Epistolare commercium habuisse cum Stephano Cavi commorante in Oppido Vultabii Diœcesis Januen. eorumdem Epistolarum perquisitio commissa fuit Rm̃o. Card. Archiep. Januen. die 19. Julii 1802. qua perquisitione expleta, et fasiculo litterarum Romam transmisso Rm̃us Card. De-Somalia prævia deputatione Theologi pro examine Scriptorum ejusdem V. S. D. dubium proposuit in Congregatione Ordinarià diei 11. Julii 1807.; at cum nihil Censura dignum in illis repertum fuerit, Rm̃i Cardinales rescribendum censuerunt = *Procedi posse ad ulteriora si SSm̃o Domino Nostro placuerit* = et ad relatianem Secretarii S. C. SSm̃us annuit die 15. ejusdem Mensis, et Anni.

Paratis interea omnibus ad discutiendum dubium super heroicitate virtutum die 28. Januarii 1823. in ædibus Rm̃i Cardinalis De-Somalia habita fuit Congregatio Antepræparatoria. Habita prius facultate ut processus informativus quamvis non compulsatus in Apostolica habeatur perinde ac si compulsatus fuerit, ut ex decreto diei 5. Aprilis 1797.

Dum hæc apud S. Sedem felicem cursum obtinenbant, miraculum a Deo O. M. intercedente Viro Venerabili die 6. Septembris 1822. patratum fuit in Dioecesi Januen. et ne probationes perirent, Sacerdos Thelesphorus Galli Canonicus S. Mariæ in Cosmedin supplicavit pro concessione Litterarum Remissorialium dirigen. Rm̃o Archiepiscopo Januen. pro costructione Processus super asserto Miraculo, et Sa: Me: Pontifex Leo XII. die 6. Aprilis 1824. benigne annuit.

Vita functo Rm̃o Cardinali De-Somalia precibus Postulatoris annuendo Sa: Me. Pontifex Pius VIII. me in Ponentem suffecit cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis in statu, et terminis, in quibus Causa reperiebatur ut ex decreto diei 24. Aprilis 1830.

Demum die 7. Septembris 1830. in Palatio Apostolico Quirinali habita fuit Congregatio Præparatoria. Hodierna autem die

cum

cum habenda sit Congregatio generalis super Virtutibus in Causa Ven. Servi Dei Joannis Baptistæ De-Rubeis Canonici S. Mariæ in Cosmedin rebus ut supra dispositis dubium propono cum R. P. D. Fidei Promotore concordatum = *An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, et Charitate erga Deum et Proximum; nec non Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine Temperantia, earumque adnexis in gradu heroico in casu, et ad effectum de quo agitur?*

C. CARD. ODESCALCHI RELATOR

# ROMANA, SEU JANUEN.

## BEATIFICATIONIS, ET CANONIZATIONIS

VENERABILIS SERVI DEI

# JOANNIS BAPTISTÆ DE RUBEIS

CANONICI INSIGNIS BASILICÆ S. MARIÆ IN COSMEDIN

## NOVISSIMÆ ANIMADVERSIONES

R. P. FIDEI PROMOTORIS

SUPER DUBIO

*An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, et Charitate in Deum et Proximum, nec non de Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, Temperantia, earumque adnexis in gradu heroico, in casu, et ad effectum, de quo agitur?*

## BEATISSIME PATER

1. Resumitur nunc tertio examen Virtutum Ven. Servi Dei Canonici JOANNIS BAPTISTÆ DE RUBEIS, qui decus addidit Januæ ubi natus est, et longe majus huic almæ Urbi, ubi a prima adolescentia ad obitum usque vitam traduxit. Romam quippe et præclaris exemplis illustravit, et verbo Dei instituit, atque eximiæ exercens pietatis opera, permulto sudore irrigavit. Cujus Ven. Viri vita, cum a puerilibus annis innocens et impolluta conspiciatur, tum vero Clericali militiæ adscriptus, Sa-



cer-

cerdotioque insignitus, Divini honoris zelo magis magisque veluti æstuavit, atque in proximorum æterna salute procuranda assiduum se præbuit operarium; et Canonicatu Basilicæ S. Mariæ in Cosmedin auctus, nunquam a consueta animi dimissione se extulit, sed humilis semper fuit ac paratus ad omnes excipiendos, qui ob necessitates spirituales ac temporales ad eum affluenter confugiebant. Theologalium proinde, et Cardinalium virtutum plurimos actus exercuisse dignoscitur, qui gradum heroicum attingunt, sed quoniam pondus et statera judicia Domini sunt, et verba prudentium statera ponderabuntur, ideo strictius cribrandæ Ven. hujus Viri quædam sunt actiones, quæ severiori animadversione dignæ a Patribus in superioribus Comitiis visæ sunt; quo depulsis umbris et nubeculis, explicato defæcatæ sanctitatis jubare, Ven. Dei Servus Romanorum gloria Sacerdotum, atque adeo etiam Canonicorum insigne decus, veluti Sidus effulgeat in templo Dei ad Cleri totius exemplum, et incitamentum.

2. Ac primum notandi Testes, qui ad virtutum probationem afferuntur. Plerique enim omnes suspecti videntur de exageratione. Aliquis etiam falsi arguitur. Nonnulli inter se dissentientes conspiciuntur. Nunquid certe hisce talibus testibus, ac veluti cæca habenda fides erit? Et sane omnes fere ii Testes nonnisi quæsitis, ac iisdem fere verbis quascumque extollunt etiam tenuiores Ven. Servi Dei actiones; argumenta virtutum in omnibus adnectentes; atque inde ipsarum arguentes virtutum heroicitatem; ut eos potius judices dicas quam testes; cum tamen scitum illud sit, quod *Testis qui judicat nihil probat*. Porro autem quomodo erroris falsitatisque immunem dixeris Testem XIII processus Apostolici dum tanquam de certa scientia deponit Ven. Virum omnibus præsto fuisse a confessionibus, ac præsertim monialibus, signanter vero Sorori Mariæ Isabellæ Cuccomos Moniali in Ven. Monasterio Sancti Bernardini. Quomodo, inquam, hunc Testem excuses, dum falsi evincitur ab ipsa Moniali, quæ Testis XV. ejusdem Processus Apostolici sancte deponit a Germano fratre se novisse nomen Servi Dei, indeque cum eo esse alloquutam per tres aut quatuor vices, nunquam cum eo tamen exomologesim fecisse, et quod = *Li discorsi che seco lui ho avuti sono stati di materie spirituali, ma non già di mia direzione, non avendo seco parlato giammai da solo a solo* =. Similiterque quomodonam Testem V. processus Informativi concordes cum Testibus VII, et XI. processus Apostolici, dum ille sancte asserit Venerabilem tunica serica usum fuisse ad tollerandos æstivos calores; alii vero æque cum juramento deponunt nunquam Ven. Virum simili usum fuisse tunica?

3. Multæ quidem speciosique etiam roboris allatæ ad hæc responsiones sunt sive ad excusandos, sive ad hos conciliandos inter se Testes. Haud hisce tamen satis plene occursum videtur difficultatibus. Quod enim ad excusandas exagerationes Testium dicebatur ab operibus arguendas virtutes, id non ad Testes dictum,

sed

sed ad Judices; cum Testes de actionibus tantum ipsis deponere debeant, unde judicari queat. Similiter satis haud firma excusatio videtur Testis XIII, quasi cum dixit = *non rigettava la direzione delle Vergini consagrate a Dio nei Monasterj* =, non de ipsa senserit spirituum directione, sed de sermonibus potius *di materia spirituale*, quales se habuisse cum Servo Dei per tres aut quatuor vices dixit Monialis Cuccumos, addens simul tamen *non di mia direzione*, qualia verba directe pugnant cum verbis illius Testis XIII = *non rigettava la direzione* = Nec felicior demum evasio illa est de usu vestis sericæ in actu tantum concionandi, seu, qualia sunt verba Testis V proces. Ord. = *quando aveva da fare qualche discorso* =, quasi cum hac distinctione seu restrictione certi temporis conciliari queant atque adeo debeant verba Testis XI = *NON VIDI MAI, che adoperasse seta* =, quæ nullum suapte vi tempus excludunt.

4. Sub fide tamen horumce Testium, qui cætera et graves per se sunt, et Sacerdotali ut plurimum dignitati insigniti, ad ipsum procedamus examen virtutum, earumque nimirum heroicitatem. Principio contra hanc heroicitatem illud occurrit serio animadvertendum, quod et cæteris gravius reputatur, de Coadjutore Canonico D. Cajetano Gambirasi, quem Ven. Servus Dei voce activa privavit ob solam suspicionem simoniaci pacti, quod falso per errorem dicebatur intervenisse in quadam Beneficii Ecclesiastici nominatione a Capitulo facienda, de qua in *Summar. Object. num.* 1. *et* 2., quæ sola suspicio nullo modo sufficiens causa videbatur, ut Canonicus coadjutor hanc notam sustineret, præsertim cum damnum et infamia etiam in Capitulum redundaret. Ipse enim V. S. D. testatus ingenue est de hoc negotio sibi certo non constare, *eod. Summ. pag.* 2. §. 7. Et licet reponatur, ac supponi etiam velit justam adfuisse causam, immunis tamen a censura (saltem si de extremo actu judicandum sit) minime illa dici poterit præceps animadversio in Coadjutorem per privationem vocis activæ factam ob simplicem suspicionem.

5. Non enim satis plene illa facere argumenta visa sunt, quæ in responsione desumuntur sive a testimonio Sacerdotis Tojetti, qui dixit = *E' certo che in quella collazione vi intervenivano dei patti che puzzavano di Simonia* = *Summ. pag.*295. *sub* §. 50., sive a verbis Canonici Coadjutoris Gambirasi, qui postquam narravit de Canonicis *Achilli* et *de Sanctis*, *che avevano supposto al de Rossi* quæ dicebantur de Simonia, addidit = *Quantunque ciò non fosse vero, il buon Canonico lo credette . . . riputandoli per uomini probi, ed incapaci di ingannarlo* = *d. Summ. num.* 1. *sub* §. 3., *et pag.* 5. *in fin.*, quasi ex hisce probatum, atque adeo demonstratum dici debeat simoniacum illud crimen conventionalis simoniæ, ac exinde etiam deduci queat, omnem Ven. Viro honestam, atque adeo necessariam rationem fuisse ejusce avertendi criminis. Non hæc, inquam, probanda argumentatio. Nam primum in Sacerdote Tojetti requirimus certam

*causam scientiæ*. Ipse enim promotus jam ad Beneficium in Basilica Vaticana, non erat amplius de Capitulo S. Mariæ in Cosmedin ut res Capituli dici queat scivisse de facto proprio; adeoque habendus ipse non est nisi tanquam Testis de simplici auditu, aut etiam de auditu auditus. Quod autem dicit Gambirasius = *riputandoli esso per uomini probi* =, hoc opinionem indicat cum suam, tum Ven. Servi Dei, non item probat Canonicorum Achilli et de Sanctis probitatem, quam et ipse excludit Gambirasius dum inquit = *Quantunque ciò non fosse vero* =, et illi ipsi exclusere Canonici, dum Libello subscripsere Capituli reclamantis adversus calumniam, quod fuit = *sottoscritto da tutti* = *dict. Summ. Object. num.* 1. §. 6., et res demum ipsa excludit, atque ipse Ven. Servus Dei, dum electio libere, et sine ulla pactione in eum revera cecidit, qui incusabatur, et hæc electio probata fuit ab eodem Ven. Dei Servo, qui post detectam accusationis falsitatem per litteras ei datas a Canonico Quarelli nomine Capituli de injuria conquerentis, humiliter Coadjutori de adempta ei voce activa veniam petiit, *eod. Sum. pag.* 3. §. 11.

6. Verum quidem illud S. Gregorii, *Sapientissimos quosque falli ore mentientium*; sicuti et ultra exempla sanctorum Virorum sunt, qui decepti quandoque fuere falsa insinuatione potentium; qualia ex Benedicto XIV referuntur in Responsione §§. 214. *et seq.* satisque etiam se ipsum Ven. Canonicus ab omni censura purgavisse videri potest per illam, quam diximus, veniam humiliter suo petitam Coadjutori Canonico Gambirasi, de qua ipse testatur Gambirasius his verbis = *Tornò in Roma il Servo di Dio; lo vidi in Coro, senza avere occasione di parlargli: ma un giorno dopo fui avvisato di trovarmi ad una determinata ora in casa del Canonico Quarelli, facendomi questo sapere, che il Canonico de Rossi mi voleva domandare scusa per il torto fattomi nel dare la sua procura al Canonico Narici, e privare me della voce. V' andai, e l'umile Servo di Dio mi fè la scusa appena vedutomi con tali espressioni, onde io restai non solamente appagato, ma confuso, e procurai d' impedire, che proseguisse ec.* = *d. Sum. Object. pag.* 3. §. 10. Vera hæc quidem; Sed adhuc tamen disquirenda rigidius ea restant, quæ et de defectu necessariæ *prudentiæ* et de lege *fraternæ charitatis*, ac de necessitate retractationis *in iscritto* notant relati Testes Canonici Gambirasi et Quarelli *in eod. Sum. pag.* 3. §. 13., *pag.* 5. §. 20., *et pag.* 7. §§. 7. *et* 8.

7. Hoc primum igitur. Succedit alterum non minus fortasse grave ex eo quod in actis legitur = *Il Canonico Don Lorenzo di lui cugino* (nempe Ven. Joannis Baptistæ) *si era ridotto a ritenere un solo pajo di scarpe, e calzoni, perchè Gio. Battista subito che vedeva che se li levava, prendendoli li dava a Poveri* = *Summ. pag.* 232. §. 58. Redit huc iterum interrogatio illa, nunquid pauperibus largiri licuit res non suas? Neque enim satis

ad

ad rem visa illa responsio est, qua auctoritate Doctorum, Theologorumque, ac potissimum S. Thomæ Aquinatis reponebatur, posita necessitate egenorum posse quempiam non modo domesticis rebus, sed etiam alienis eidem necessitate occurrere. Haud hoc quippe ab Angelico. Inquirit hic quidem 2. 2. *quæst.* 66. *art.* 7., utrum liceat alicui furari propter necessitatem? Movet autem hanc quæstionem S. Doctor de homine *patiente necessitatem*, neque eam quamcumque, sed *extremam*; atque hoc in casu ita docet = *Si adeo sit evidens et urgens necessitas ut manifestum sit instanti necessitate esse subveniendum, puta cum imminet personæ periculum, et aliter subveniri non potest, tum licite potest aliquis ex rebus alienis suæ necessitati subvenire sive manifeste, sive occulte sublatis, nec hoc proprie habet rationem furti vel rapinæ* =.

8. Quam doctrinam exponens Cardinalis Cajetanus ita monet = *Duo sunt hic consideranda propter quorumdam ignorantiam. Primum considerandum est, furtum esse de genere pravorum, veluti homicidium, mendacium, adulterium et alia similia, quæ nullo in casu licita sunt, et nulla possunt recta intentione excusari. Sed in casibus in quibus accipimus res alienas, non committitur furtum, neque ejus definitio in tali casu sive actu salvatur. Etenim per necessitatem EXTREMAM efficitur suum id quod aliquis accipit ad sustendandam propriam vitam; ut ait S. Thomas. Idcirco abusiva loquutio est quod liceat furari in extrema necessitate. Alterum* (prosequitur Cajetanus) *quod considerandum est hujusmodi. Licet in casu necessitatis extremæ licitum sit uti occurrentibus rebus, cujuscumque fuerint, non tamen extra hunc casum licitum est accipere res superfluas alterius, ut subveniatur magnæ necessitati vel propriæ, vel alienæ, ut quidam* (semper Cajetanus) *somniare videatur ex hoc quod habens superfluum naturæ vel personæ, tenetur de præcepto erogare illud indigentibus, et ut dicit Ambrosius „ esurientium panis est quod tu detines „* Hic sane error excluditur a S. Thoma per hoc quod subdit eod. art. = *Sed quia multi sunt necessitatem patientes, non potest ex eadem re omnibus subveniri, committitur arbitrio uniuscujusque dispensatio propriarum rerum, ut ex eis subveniat necessitatem patientibus* =.

9. Quid igitur post hæc ad rem nostram? Videlicet non cuique sed Domino tantum commissa applicatio rerum superfluarum ad subveniendum necessitatem patientibus. Atque hinc alio loco idem S. Thomas quolibet 8. *quæst.* 6. *art.* 2. *Si non appareant*, inquit, *evidentia signa extremæ necessitatis in paupere petente eleemosynam de superfluo non tenetur dare pauperi petenti, quia quamvis teneatur dare superfluum pauperibus, non tenetur omnibus dare, nec huic dare; sed tenetur distribuere secundum quod sibi fuerit visum opportunius* = Ex quibus argumentatur cit. Cajetanus = *Ergo si ipse Dominus non tenetur dare huic, sequitur quod ego non possum accipere, ut dem huic* =

Atqui Ven. Canonicus = *prendeva, e le scarpe e li calzoni al Canonico suo cugino, il quale si era ridotto a tenere un solo pajo di scarpe, ed un pajo di calzoni, perchè se li vedeva, prendevali per darli a poveri* =. Ergo res alienas elargiebatur pauperibus in eleemosynam. At elargitio rerum superfluarum est commissa Domino tantum, uti docet S. Thomas, non vero aliis, nisi de consensu Domini, ut explicat *Suarez de eleemosyna Disput. 7. sent. 11.* his verbis = *Alienæ extremæ necessitati, tunc solum licebit subvenire ex alienis . . . quia tunc sint communia . . . petendum esse prius CONSENSUM DOMINI, si non det, eo invito accipi potest* =.

10. Nec suffragantur exempla sive de Ven. *Angelo* Carmelita, sive de Sancta *Hyacintha* de Marescottis, quæ in responsione afferuntur. Nam frater ille Ven. consentientibus Confratribus = *ciò faceva con quelli co' quali aveva più confidenza* =, concurrebatque præsumptio de impetrata licentia proprii Superioris. At Ven. Servi Dei consubrinus Canonicus Laurentius = *si era ridotto a tenere un solo paro di scarpe ec.* = Ergo non consentiebat. De Sancta Hyacintha vero ita legimus in ejus vita scripta a Patre Ventimiglia = *Per il credito grande della sua bontà spesse volte l'erano consegnati denari in deposito. Ella sempre li prendeva con questa protesta. Avvertite dicea, che se occorrerà qualche bisogno ai miei poveri i denari se ne anderanno via, nè io voglio essere tenuta a rifare i danni ec.* = Ecquid autem his simile in casu nostro? Tutiori igitur argumento alio, si quod præsto sit, liberanda virtus erit Ven. Jo. Baptistæ ab hac alia censura.

11. Præter hæc perpensis diligenter actionibus omnibus V.S.D., multæ quidem occurrunt virtutes, et earum aliquæ, ut initio dicebamus, in gradu heroico; sed et multæ etiam sunt, in quibus hanc desideres heroicitatem, quæ necessaria est ad effectum, quem quærimus, Beatificationis. Heroicum quid facile videas in alacritate illa qua assidue a confessionibus fuit nedum viliorum de plebe verum etiam phthisi laborantium. Heroicus multus labor quem substinuit ad vagorum concubinatum tollendum. Heroica eximia illa charitas, qua facultates suas dispersit, deditque pauperibus. In his, inquam, quid heroicum. In aliis vero bonitatem, sanctitatem etiam videas, at non illam, quæ admirationem ciat, quæque demonstret Ven. Canonicum Jo. Baptistam omnibus virtutibus in gradu heroico exornatum fuisse. Non verbum ex actis de inusitatis corporis afflictionibus. Et quæ hanc ad rem in Responsione enumerantur sane multa sive de passionum sensuumque jugi mortificatione, sive de Servi Dei constanti tollerantia tam in algoribus hyemis, quam in æstatis æstubus, aut in culicum morsibus, aut in diutinis malæ valetudinis incommodis, sicuti et de ipsius abstinentia ab exquisitis epulis, et similia alia; hæc inquam omnia, laudabilia quidem et pro constanti eorum habitu, piaque juvandi Proximi intentio-

tione etiam mirabilia sunt; haud tamen hujusmodi, quæ inusitata et supra modum proborum Virorum præsertim Sacerdotum Missionariumque dici debeant, atque adeo heroicitatis gradum attigisse.

12. Haud certe æqua omnibus mensura convenit corporeæ mortificationis, poteritque forsitan in Ven. Servo Dei censeri supra cæteros compensata incommodis aliis, quæ patiebatur, valetudinis, et laboribus, quos ab animarum salutem obibat. At hoc est, quod majorem, certioremque postulat elucidationem. Atque hoc observare licet in reliqua etiam omni agendi et vivendi ratione Ven. Servi Dei; in qua laudabile quidem studium se prodit juvandi proximos; exercitium item constans virtutum, accurata divinæ Legis observatio, diligens in implendis officii sui partibus sollicitudo; sed præter ea quæ diximus nihil fere in cæteris occurrit, quod arduitatem tantam in operibus ab eo patratis evincat, quæ ad heroicitatem requiritur. Legitur equidem a plerisque inter Testes memoratum, quod = *non confessava il dopo pranzo per gli incomodi* = *Summ. pag.* 36., quod solebat vespere, invitatus ab aliquo pio amico = *andare a far quattro passi o verso S. Alessio . . . o a Porta Salara, o in altra parte rimota* = pag. 13. et 58., quod = *si portava a S. Gregorio coi Fanciulli per farli giuocare, e giuocava egli stesso* = pag. 23., quod = *per l'ordinario quando partivasi da Roma si andava a Rieti, ove si trattenevamo per quattro, cinque, e talvolta più giorni in casa del Canonico Ambrosetti, donde si partiva per le Missioni. Questo trattenimento poteva prendersi per un sollievo, onde fossimo più disposti alle seguenti fatiche, ma il Canonico De Rossi cercava far del bene ec.* = pag. 66., quod = *non solo interveniva alle Vignate in Ottobre, ma le promoveva per quelli di S. Galla, e giuocava esso pure* = quod = *a refezione nelle missioni prendeva la minestra con qualche poco di ricotta*, pag. 71., quod = *stimolato a mangiare condiscendeva in parte, ma ben piccole porzioni prendeva, ma la Mensa era abbondante* = pag. 72., quod = *andava alle Missioni talvolta anche in calesse* = pag. 73., quod = *persona vi fu . . . . che gli disse, che il prender la cioccolata anche nei giorni di vigilia gli pareva una cosa lecita sì, ma di delicatezza, e che però meglio avrebbe fatto a lasciarla* = ex quo facto conjici potest, quod hac de re Servus Dei notabatur a quibusdam.

13. Omnis nimirum ad hæc responsio in valetudine Servi Dei stat minus firma. Et si hoc ad excusationem, responsio optima; Si autem ad heroicitatem, quam quærimus, nihil est. Non enim culpandus, si ad majores mortificationes, asperioremque vitam vires non suppetebant. Restat nihilominus demonstrandum mediocritatem hanc, ut ita dicam, nullum requisitæ heroicitati attulisse nocumentum. Id vero non oratoriis amplificationibus, ratiociniisve, sed factis et exemplis est evincendum: afferenda-

daque saltem exempla aliqua essent piorum aliorum virorum; qui jam in albo Sanctorum reperiantur, quique a mortificationibus adeo sibi temperaverint ob valetudinem. Sanctus certe Philippus Nerius, quem veluti exemplar ad imitandum sibi proposuisse visus est V. Servus Dei, licet et ipse adversa uteretur valetudine, longe tamen asperius secum ipse egisse videtur, et jejuniis, vigiliis, cæterisque carnis afflictationibus acrius incubuisse, licet et ipse juvandis in spiritu proximis sine intermissione noctu diuque intenderet et adlaboraret. Non eadem certe Sanctitatis mensura in utroque exigenda. Sicut enim stella a stella differt claritate, ita Sanctus a Sancto meritis et heroicitate factorum. Sed illud semper redit, atque ex ipsa comparatione inferendum, clariori opus in casu cognitione esse, Ven. Servum Dei illum heroicitatis gradum attigisse, qui ad effectum requiritur, quique ab operibus nedum bonis, sed etiam arduis depromendus est.

14. Nam et de ipsa infirma valetudine est aliquid, quod notemus. In synopsi enim ejus vitæ morbo Servus Dei dicitur laborasse *epilectico*. Quod si verum est, nonne is ipse dicetur fuisse irregularis? Et si irregularis, ubinam dispensatio, quæ necessaria erat ab irregularitate? Dicent fortasse convaluisse. Sed hoc ipsum est probandum; et hoc probato, deficiet argumentum vel potissimum infirmæ valetudinis. Habetur sed enim in Summ. pag. 101. §. 131., quod in celebranda Missa = *dalla Consagrazione fino alla Comunione era sorpreso nelle braccia da un gran tremore per sì fatta maniera, che nel far le croci sopra il Calice, e Ostia metteva paura di qualche strano accidente, parendo dovesse coll' urto gettare a terra il calice* = Eadem leguntur eodem in Summ. pag. 107. §. 166. Quid hoc autem? Effectus ne fuit illius epilectici morbi, aut ad devotionis potius æstum istud referemus? Utrumque quod fuerit, periculum obversatur versionis sanguinis Christi; et hoc posito cur nam, petimus, Dei Servus a sacris non se abstinuit, aut cur devotionis impetum non temperavit? Leges certe naturalis et Canonica illos a sacris interdicunt, qui perdendi sancta periculum obeunt.

15. Quamquam, sermo cum inciderit de sacris agendis, non una in re a Sacrorum rituum observantia videri Servus Dei potest defecisse. Refert quippe Testis V. in Summ. pag. 105. §. 156. = *Di aver veduto dire la Messa* Servum Dei, *anzi di avergliela servita, la quale terminata comunicava i poveri di Santa Galla una volta il mese; in tale occasione prima di comunicarli unitamente con i poveri faceva gli atti delle virtù teologali* = Certe autem magis pietati, ac sacris ritibus congruebat in ipso Sacro Eucharistiam ministrare. Et licet scite reponatur licitum id esse etiam ante Missam et post Missam, semper tamen præ oculis habere debemus non simpliciter quid licitum, aut etiam bonum sit in præsens quæri, sed omnino quid heroicum. Quod ipsum præterea requiramus necesse et in eo est quod legimus

in

in Summ. pag. 166. §. 36., quod nempe Servus Dei = *era solito di partire da Roma ogni anno circa li 8. di Settembre* ( sacras missiones explendi causa ) *e ritornare sul fine di Ottobre*, Hoc sane factum pietatem præfert; Verum investigandum est, quonam tempore id Ven. Rossius fecerit. Si enim peregit, ut res monstrat, cum adhuc Canonicatu potiebatur, Apostolica venia indigebat, qua chori munia intermitteret. Et ubi reponatur Dei Servum habuisse coadjutorem Canonicum, qui choro interesset dum ipse Missiones peragebat, hoc tamen ipso in casu necessarium adhuc indultum erat, ut abesse posset a Residentia. Quin et de ipso Coadjutore ejusque per Dei famulum facta petitione est etiam quod notemus, dum nec ingravescens ejus ætas, neque canonica alia demonstratur causa hujusce petitionis.

16. Atque hic ea redit animadversio de neglecto per Servum Dei Canonicum exercitio chori quod in causa Canonici *indagandum* in primis esse monet Benedictus XIV. *lib.*3. *cap.*33. *num.*6. Quamvis enim hac de re multa et docte et perdiligenter reponantur in responsionibus, verum hoc tamen in facto est, Canonicum nostrum Venerabilem, dum Canonicatum retinebat, ejusque fruebatur reditibus, veluti studuisse, ut ne Canonicum ageret, primum assumpto sibi Coadjutore; mox se cathedræ pœnitentieriæ addicens, postremo absens pro exercendis missionibus. Pia quidem omnia, et ut maxime volunt per Pontificias dispensationes supra modum laudabilia. Sed nihil ea ipsa ad Canonicum et Canonicalia munera; Et unusquisque tamen in qua vocatione vocatus est, in ea permanere, ac seipsum debet exercere. Et quoniam probanda ex Apostolo *ad Thessal.*1. *cap.* 5. *vers.* 21. omnia sunt, tenendum autem quod bonum est; dubitatio etiam exurgit, an tanquam bonum in Confessario præsertim, Missionarioque tenendum illud sit quod *de igneo* qualis in Apostilla dicitur Servi Dei zelo narrat de facto proprio Canonicus Severini Testis I. Proces. Apost. in *Summ. pag.* 79. §§. 7. *et* 8.

17. *Mi trovavo seco* ( ita hic Testis ) *in un Paese detto Staffoli nel Cicolano tornando dalle Missioni, ed avendo io quivi veduto un quadro rappresentante la nascita di Gesù Cristo adorato dalla Santissima Vergine sopra di cui erano state espresse dal Pittore quelle parole = quem genuit adoravit =, quale quadro era nella casa di nostra abitazione; io in vederlo mi presi la libertà di spiegare le parole sudette in maniera di far ridere, cioè a dire, che quel tale, che aveva dorato il quadro era di Genova; espressione che avevo sentita da altri, riguardo alle sudette parole = quem genuit etc. In udir ciò il Servo di Dio si alzò in piedi, e con un tuono di voce, che mostrava il suo zelo mi riprese dell'abuso che io faceva delle parole della Sagra Scrittura, dicendomi, che non si aspettava da me simile cosa . . . Confesso il vero, che non ho veduto mai il Servo di*

*Dio*

*Dio così irritato come in quella occasione*; *tanto fù il dispiacere*, *che provò d'avere io in quella guisa interpretate le sante parole* = Hoc quidem factum Ven. Servi Dei zelum mire commendat, sed an hic zelus æque se prodat secundum scientiam, id valde dubium facit cum res ipsa, tum severioris modus animadversionis in Socium Missionarium præsertim, eumdemque in Ecclesiastica dignitate constitutum, qualis erat Canonicus Severini. Re enim ipsa nullus indicatur Sacræ Scripturæ locus, ubi ea legantur verba = *quem genuit*, *adoravit* = Et si hæc non sunt verba Sacræ Scripturæ, erronea ad minus reprehensio illa fuit de abusu Sacræ Scripturæ. Dandus autem omni modo locus erat iræ; et certe plus æquo commotus irritatusque Servus Dei videtur, qui amicum tamquam violatorem reprehenderit sacrorum librorum. Nonne potior fuisset fraterna minus ignea correptio? Et numne humani aliquid, quasi Januensi Canonico jocus displicuerit in Januensem?

18. Restat disquisitio de Servi Dei obitu, qui tamen ex ipsa innocentia et sanctitate vitæ argui facile potest in conspectu Domini pretiosus; dum ex tota piissimæ punctim ejus vitæ ratione sublimis quædam animo cujusque obversatur idea de ejus perfectione et sanctitate. Verum hic pariter de eodem inquirendum gradu heroico; Ad quem eruendum monet Pontifex Benedictus XIV. *lib*.3. *cap*. 38. §.2. *quod* = *Servorum Dei in agone positorum acta omnia attendenda sunt*; *Verba scilicet*, *corporis motus*, *et oculorum*, *suspiria si qua ediderint*, *et reliqua singillatim*, *tam quæ contra hostem proferunt verba*, *quam etiam hortatoria ad Astantes*, *ac denique illa ipsa*, *quibus se Deo morituri commendant*; *ut illorum exemplo non solum fideles formam abeundi ex hoc Mundo ad cœlum hauriant*, *sed ut ex his signis habitus virtutum evangelicarum*, *evangelicosque perfectionis*, *ac sanctitatis notas habere possimus*.

19. Ex his autem nihil fere ex actis, quæ quidem a certis Testibus notata, et relata sint. Quænam enim verba contra hostem? quænam ad adstantes? aut quibus se Dei Servus Deo commendaverit? Nihil de ejusmodi verbis. Quid autem de suspiriis, aut de oculorum et corporis motibus? Ne de iis quidem quidquam. Qualenam igitur fidelibus moriendi exemplum, aut quibusnam ex signis habitum illum hauriamus virtutum evangelicarum, ac certas notas sanctitatis? Multa quidem in Responsionibus, vel ex præscientia mortis, vel ex generali iterata confessione, vel ex fidei, spei, charitatis argumentis. Verum de mortis præscientia et prædictione per annum ante mortem nonnisi conjectura profertur, eaque unius tantummodo Testis Canonici Coselli, qui de Sorore sua loquens *abitualmente ammalata* = ex verbis a Servo Dei prolatis = *che nell' anno venturo se la sarebbero fatta insieme* = INTERPRETAI, inquit, *che prevedesse la morte poco lontana di mia Sorella*, *ed ancor la sua*; *giacchè la prima cessò di vivere nel Gennaro*, *e il Canoni-*

*nonico pochi mesi dopo* = Proc. Ap. fol. 1084. Generales autem illæ confessiones, sicuti et eliciti Theologales actus probis quibusque Viris morientibus communes sunt, nec qui adeo eam certe demonstrant, quam supra modum proborum virorum requirimus in evangelica perfectione heroicitatem.

Quæ dicta sint sub censura etc. salvo etc.

*V. Pescetelli S. Fidei Promotor.*

# ROMANA SEU JANUEN.

## BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

# JOANNIS BAPTISTÆ DE RUBEIS

# RESPONSIO

## AD NOVISSIMAS ANIMADVERSIONES

## R. P. D. PROMOTORIS FIDEI

SUPER BUBIO

*An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, et Charitate in Deum, et Proximum, nec non de Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, et Temperantia, eisdemque adnexis in gradu heroica in casu, et ad effectum, de quo agitur?*

## BEATISSIME PATER

1 Quamquam transmarinos tryumphos, peregrinas palmas, exterasque Victorias cum Ecclesia celebrare delectat; majori tamen jucunditate studioque, nostra in patria, nostraque gente. (1) Quid ergo jucundius nobis Romano Clero adscriptis accidere umquam poterat, quam quod vice ter-

A tia

(1) S. Eucherius Lugdunen. *Homil.* 49 *de SS. Epodio, et Alexandro* = Et sa. me. Pius II. Senensis *in Bulla Canoniz. S. Catharinæ Senen. apud Fontanin. Constit.* 72.

tia (1) disseramus de Virtutibus VEN. JOANNIS BAPTISTÆ DE RUBEIS Insignis Basilicæ S. Mariæ in Cosmedin Canonici, qui si decus addidit Januæ, ubi *die 22 Februarii* 1698 primam lucem aspexit, longe majus huic almæ Urbi, ubi a prima adolescentia vitam traduxit usque ad *diem 23 Maii* 1764 quo evolavit ad Cœlum; fuitque propterea, ipso ingenuo amplissimoque Viro S. Fidei Promotore fatente, (Animad. §. 1) ROMANORUM GLORIA SACERDOTUM *atque adeo etiam* CANONICORUM INSIGNE DECUS?

2 Quid vero Sanctitati Vestræ gloriosius SACRATISSIME PRINCEPS, quidve totius Ecclesiæ bono, cui tantopere studes, accomodatius, quam quod decernendo constare de hujusce Viri Virtutibus in gradu heroico, Romæ non modo, sed Universæ Ecclesiæ Clero exemplum ad imitandum proponas? Cleri enim primæ sedis exemplum in Universæ Ecclesiæ dimanat exemplum; ceu edixit Benedictus XIII. *in Indictione Concilii Romani*. Advertit nimirum vel ipse Animadversor doctissimus hodiernam actionem eo spectare, ut Ven. Jo. Baptistæ Sanctitatis jubar, *veluti Sydus effulgeat in Templo Dei AD CLERI TOTIUS EXEMPLUM, ET INCITAMENTUM*. (Animad. cit. §. 1)

3 Erit revera Joannis Baptista Venerabilis universæ Ecclesiæ Clero exemplum, et ad impigre excolendam vineam Domini Sabahot, et proximorum salutem procurandam incitamentum, qui, ut verbis utar sapientissimi Promotoris Fidei (Animad. cit. §. 1.) *Romam et præclaris » exemplis illustravit, et Verbo Dei instituit, atque eximie » exercens pietatis opera permulto sudore irrigavit*; cujus » Ven. Viri *Vita* cum a puerilibus annis. *innocens*, *et im- » polluta* conspiciatur, tum vero Clericali Militiæ adscri- » ptus Sacerdotioque insignitus, divini honoris zelo magis » magisque veluti æstuavit, atque in Proximorum æterna » salute procuranda assiduum se præbuit Operarium; et » Canonicatu Basilicæ S. Mariæ in Cosmedin auctus, num- » quam a consueta animi dimissione se extulit, sed hu- » milis semper fuit ac paratus ad omnes excipiendos, qui » ob necessitates spirituales, ac temporales ad eum affluen- » ter confugiebant. Theologalium proinde, et Cardinalium » Virtutum plurimos actus exercuisse dignoscitur, qui *gra- » dum heroicum* attingunt.

4 Erit is universæ Ecclesiæ Clero exemplum, qui animarum zelo succensus non modo, ut egregius Censor affirmat, paratus semper fuit ad omnes excipiendos, qui ob necessitates spirituales ad eum affluenter confluebant, verum etiam illorum præsertim hominum miseratus, qui egeni rustici sordidi et pannosi suæque æternæ slautis obliti jacebant tota die otiosi in plateis, non habentes qui frangeret eis panem, he-

(1) *Prima Congregatio habita fuit die 28 Januarii altera die 7 Septembris* 1830.

heroica Charitate actus, quæ nec cessare umquam illum, nec defatigari patiebatur, *veluti alter Cajetanus, Animarum venator*, totum se dedit ab ipso suæ ætatis flore ad senium usque, in quæritandis congregandisque per urbis compita, et plateas egenis, vagis, Gregariis, Fænariis, Vinitoribus, Bubulcis, Mulionibus, Cætariis, aliisque infimæ notæ homuncionibus ab aliis despectis; imo vero et Satellitibus ipsoque Carnifice, ut sacris eos Mysteriis erudiret, perque Sacram Exhomologesim ablutis animæ sordibus, ad Cœlestem mensam adduceret. Hinc vel Censor ipse *Animad.* §. 12 non potuit quin fateretur = *Heroicum quid facile videas in alacritate illa, qua assidue a confessionibus fuit. nedum viliorum de plebe, verum etiam phthysi laborantium Heroicus multus labor, quem sustinuit ad vagorum concubinatum tollendum. Heroica eximia illa Charitas, qua facultates suas dispersit, deditque pauperibus.*

5 Erit is universæ Ecclesiæ Clero singulisque ejus Ordinibus ad imitandum exemplum, Sacerdotibus nimirum, Canonicis, et Confessariis, QUI singulis diebus antequam illucesceret, integram horam mentali Orationi dabat; præter alias sane plurimas, quas in fundendis ad Altaris Sacramentum precibus tanta corporis mentisque immobilitate insumebat, ut adstantes ad devotionem componeret et excitaret. (1) QUI in persolvendo extra Chorum Divini Officii pensu eas omnes rubricas servare solebat, quæ servantur in Choro, tantoque spiritus fervore, ut aliquando visus fuerit e solo sublimis (2) imo vero easdem divinas laudes, ut *S. Franciscus Salesius*, fixis humo genibus persolvebat. (3) QUI ad Missæ Sacrificium quotidie peragendum nonnisi per horæ dimidium sese comparabat; eoque peracto per tantumdem temporis manebat in gratiis agendis. (4) In celebrando vero Seraphico spiritu tantopere accendebatur, ut non modo facie corruscaret, verum etiam instar *S. Philippi Nerii*, *et B. Alphonsi M. de Ligorio*, ab Hostiæ consecratione ad consumationem usque, perinde ac si corporis oculis Christum Dominum tunc sibi præsentem intueretur, totis artubus contremisceret, quateretur, ac trepidaret (5). Habent item *Canonici* in eo ad imitandum exemplum, qui Ecclesiæ suæ servitio nisi legitime impeditus numquam defuit; quemque Testes perhibent in psallendo alterum visum fuisse *Seraphim* preces ante Divinæ Majestatis thronum offerentem. (6) Habent denique *Confessarii* in Ven. Viro exemplum excipiendi



(1) *In Elench. pag.* 23 §. 24 *pag.* 27 *et seq.* §. 29 *et* 30 *pag.* 28 §. 31.
(2) *Ut in Elench. pag.* 35 *in fin. et pag.* 36.
(3) *Ut in Elench. pag.* 37.
(4) *In Elench. pag.* 29 *et* 30 §. 33.
(5) *In Elench. pag.* 32 §. 36 *pag.* 33 *et* 34 *per tot.*
(6) *In Elench. pag.* 35 *per tot. et in fin. et pag.* 36.

di Pœnitentes spiritu Charitatis, et dulcedinis, quo ipse imbutus omnes singulosque absque ulla personarum acceptione sinu suo peramanter complectebatur; eosque ad æternæ salutis portum perducere conabatur (1).

6 Erit is universæ Ecclesiæ Clero exemplum, qui Romano Clero bonorum operum se præbens exemplum ignem accendit in Templo. Cum enim ex illustrium Virorum exemplis quædam aliis egregiis Viris flamma crescat in pectore, quam non ante sedare, vel extinguere possunt, quam præstantes illorum virtutes exprimant imitando; hinc illustriores de Romano Clero intuentes insignis Basilicæ Canonicum ubique ægris, vinctis, vilioribusque miseris quasi servum addictum, quod antea indecorum videbatur, unisque Presbyteris mercede conductis reservatum, sese illi in Confessionibus audiendis, ægris sublevandis, sacra tradenda rudibus Cathechesi, aliisque pietatis, et Charitatis officiis comites addidere; inter quos præsertim commemorandi amplissimus Præsul *Josephus Garampi* postea S. R. E. Cardinalis doctrina magis, quam Vaticana purpura clarus; alter Præsul *Erba*, et ipse S. R. E. Cardinalis, et Urbis Vicarius, Præsul *Bertoni* Episcopus, ac Princeps Novariæ aliique numero plures, ac doctrina muneribusque insignes, qui *in generatione gentis suæ gloriam adepti sunt, et in diebus suis habentur in laudibus* : Eccl. C. 44.

7 Erit etiam is universæ Ecclesiæ Clero exemplum, et incitamentum ad cætera imitanda Ejus heroicæ Charitatis opera in proximum. Egenus enim ipse pro egenis effectus, non modo tenues census suos ipsamque amplam Agnati hæreditatem dispersit deditque pauperibus; verum etiam non vice simplici pro egenis alienum æs suo ære dissolvit: perditas mulierculas ne ad ingenium redirent aluit innumeras: Puellas item de suo constituta dote Deo consecravit: Pater fuit pauperum; Orphanis adjutor: omnibus omnia factus. Hospitium ad recipiendas noctu mulieres per diversoria ingenti animarum jactura vagantium ab ipso prope Montanariam viam erectum, et *a. S. Aloysio* nuncupatum; Hospitium *S. Gallæ* jam ab Anno 1680 a pientissima, ac nobilissima familia *Odescalchi* ad nocturnum Pauperum asilum excitatum, ubi Vir Venerabilis suæ misericordiæ sedem constituerat; Hospitium SS. Trinitatis Peregrinorum, et Convalescentium; Ipsa publica Valetudinaria S. Spiritus in Saxia, S. Gallicani, S. Mariæ Consolationis, S. Joannis ad Lateranum: ipsi Carceres tum ad Viam Juliam, tum ad Tyberinam ripam, habent linguam suam, qua Ven. Baptistæ spiritualem et temporalem in Proximos Charitatem deprædicant. ( *Sum. Tit. de Charit. in Proxim.* )

8 Adesto itaque animo Judices Consultissimi, et pro Vestra sapientia Pontifici O. M. consilium præbete heroicas decernendi tanti Viri Virtutes, ut novum hoc *Sydus effulgeat in*

---

(1) *Ut in Summ. Tit. de Charit. pag.* 159 *ad* 222.

*in Templo Dei ad Cleri totius exemplum et incitamentum.* ( Animad §. 1 ) Idque Vos eo libentius tutiusque facturos confidimus , quo certius ex Actis intelligitis , suffragiis vestris de VEN. BAPTISTÆ Sanctitate ferendis , gravissimam Benedicti XIV. ad hæc moderanda judicia cœlitus dati prævisse sententiam. Is quippe veræ Sanctitatis cognitor tanto in pretio Dei Famuli Virtutes habuit , ut non modo ad tradendam semel per hebdomadam satellitibus Cathechesim ab ipso propositam , alteram ex Pontificiis Aulis præ operis excellentia exibuerit; non modo saluberrimam illam Ecclesiasticam Institutionem a Venerabili Viro primum excogitatam publicæ Cathecheseos in plurimis Urbis Templis ante Paschale tempus tanto animarum lucro , tantaque frequentia Populi haberi solitæ , suprema sua auctoritate approbaverit , ordinemque in ea servandum ipsi Venerabili Auctori comiserit ; (1) verum etiam cum idem Pontifex de Vita et honestate Clericorum sollicitus , ut abusus Edictali lege tolleret , moresque reformaret, VEN. CANONICI DE RUBEIS consilium adhibuerit , suamque sententiam requisierit. ( *Elenc.* §. 17 18 100 101 *et seq. Sum. pag.* 162 §. 18 *pag.* 182 §. 124 *pag.* 183 *init. pag.* 220 §. 308. )

9 Sed modo præstat objectas dispellere *umbras* et *nubeculas* , quales instauratas exceptiones doctus ipse Censor appellat ; ( *Animad.* §. 1 *in fin.* ) quo clarius tanti Viri defæctæ Sanctitatis jubar *effulgeat in Templo Dei.*

## DE PROBATIONIBUS

10 Ad cætera hujusce splendidissimæ Causæ decora , et ornamenta illud accedit , quod Testibus innitatur omni exceptione majoribus ; ita ut vel a prima concertatione S. Fidei Promotor scripserit = *Quotquot rogati in utroque Processu Testes etc. non diffiteor PRÆSTARE OMNES MORIBUS, FIDE , AUCTORITATE , AC DOCTRINA ; quos inter eminet cl. me. CARDINALIS JOSEPH GARAMPI, cujus nomen , tum ob singularem pietatem , tum ob sacram prophanamque eruditionem , in benedictione est* = ( in prim. Animad. §. 3 repetitque *in noviss.* §. 4 ) Horum tamen fidem , ut pro munere extenuet plerosque de exageratione suspectos habet , aliquos dissentientes appellitat , imo alterum de falso redarguere non dubitat = *Animad.* §. 2 *et seq.* = Perperam tamen , et immerito. *ANIMAD. §. 2.*

11 Et ut ab iis exordiamur , qui de exageratione arguuntur vel ipsa objecta argumenta eosdem non repræhensione quidem sed maxima commendatione dignos ostendunt , qui sacri hujus Ordinis , suique Fiscalis Mandatis , votisque , in testimonio ferendo obtemperarunt. Si enim ii non modo V. S. D. actiones , verum etiam argumenta virtutum exponentes ,

(1) *Sum. pag.* 82 §. 22 *pag.* 90 §. 66 *pag.* 92 §. 82 *alibique.*

tes, earumdem heroicitatem arguerunt, non mehercule tenuiores etiam actiones extulerunt, sed communis Virtutis actus in Ven. Viro ex adjunctis heroicos evasisse retulere; propterea que non Judices dicendi sunt, ( *Animad.* §. 2 ) sed Testes qui Interrogatoriis sibi factis religiosissime responderunt. Rogati enim omnes fuere non modo quod Virtutum Actus referrent, verum etiam quibus signis et argumentis comprobatum sibi fuerit easdem Virtutes fuisse heroicas; quemadmodum ex ipsa Interrogatorii formula in utroque Processu exibita evidentissime patet.

12 Ita legimus *in Processu Apostolico fol.* 1522. = 14 *Interr.* » ibi = Interrogetur an sciat vel dici audiverit quod Dei Servus fuerit Christianis Virtutibus præditus, illasque ad obitum usque continue exercuitur, et si affirmative responderit, *diligenter in specie referat omnes et singulas virtutes* quas ipse exercuit, et *interrogetur PRÆCIPUE QUIBUS SIGNIS ARGUMENTIS ET FACTIS COMPROBATUM FUERIT illis revera ornatum extitisse Dei Famulum, et easdem ad obitum usque continuo exercuisse, POTISSIMUM VERO REFERAT OMNIA ET SINGULA ILLA INDICIA, ARGUMENTA, ET FACTA, ex quibus depræensum fuit Ven. Virum Theologalibus Virtutibus etc. nec non Cardinalibus etc. fuisse praeditum, CUM OMNIBUS circumstantiis necessariis et opportunis*.

13 Interrogatorium 15 *Proc. fol.* 1523 *ter.* ita se habet = *Interrogetur* an sciat vel dici audierit, QUOD VIRTUTES *quas Ven. Vir vivens exercuit FUERINT IN GRADU HEROICO*; et si affirmative responderit, interrogetur primo AN SCIAT QUID SIT VIRTUS HEROICA, *in quo consistat, a quo dependeat*; deinde *UNDE HEROICITAS VIRTUTUM IPSIUS SERVI DEI ARGUI ET DEPRAEHENDI POTUERIT: REFERATQUE* omnes et *SINGULOS ACTUS EX QUIBUS dictarum Virtutum HEROCITAS FUIT COMPROBATA.* Item interrogetur *num omnes et singulæ Virtutes* dicti *Servi Dei revera gradum heroicitatis attingerint, vel aliquæ tantum et quæ quomodo id sciat*.

14 Sic item in Processu Ordinario *fol.* 1044 *ter. Interr.* 14 = ibi = » Interrogetur an sciat vel dici audiverit quod prædictus Servus Dei præditus fuerit Christianis Virtutibus illasque semper exercuerit, et si affirmanter respondeat etc. ulterius, *interrogetur an eas possederit in gradu comuni, vel potius heroico, et quid intelligatur pro gradu heroico, et UNDE TALIS HEROICITAS DEPREHENDI POSSIT*.

*ANIMAD.* §. 3.

15 Si Judicum est ab operibus arguere Virtutes, Testium vero actiones tantum deponere ( *Animad.* §. 3. ) eccur Sacræ Congregationis jussu Testes ipsi rogantur, an virtutes fuerint heroicæ, et quibus signis, argumentis, factis, atque indiciis depræhensum ipsis fuerit fuisse heroicas? Eccur item in-

interrogantur an sciant quid sit Virtus heroica, et unde argui et deprælendi potuerit? Quia judicium ferendum est de Virtute heroica; virtus autem heroica specie non differt a comuni, sed a perfectiori dumtaxat modo, quo exercetur. Interrogat propterea Benedictus XIV. lib. 3. Cap. 22. num. 2. = *An virtus heroica differat specie a non heroica? NEGATIVE respondetur a Cardinali de Lauraea etc. Cum tam virtus Christiana heroica, quam non heroica ad summum bonum supernaturalee tendat, et HEROICITAS nihil aliud sit, quam PERFECTIO VIRTUTIS, quæ idcirco efficere non potest, ut hœc ab illa differat specie.* Virtutis vero perfectio non modo ab ipsa operis arduitate, sed etiam ab adjunctis petenda est; ceu docere pergit Pontifex *loc. cit. Cap.* 23. *num.* 4. *et seq.* = ibi = *Habitum heroicum EX EISDEM ACTIBUS cognosci* ( comunis Virtutis ) *si eorum videlicet frequentia suppetat, si facilitas promptitudo et delectatio eos comitentur.* Hanc doctrinam Testes nostros non fugit, qui non rudes, sed ipsa Animadversione fatente *auctoritate, et doctrina præstant*, interrogati ex quibus signis, et indiciis sibi de virtutum heroicitate constiterit, retulere adjunta quibus Actus Virtutis comunis evadit heroicus.

16 Speciminis loco sit responsio data a docto *Canonico Coselli ad cit. Interr.* 15. *Sum. pag.* 70. *in fin. et seq.* §. 129. et seq. = ibi = *Es-
= sendo la virtù eroica quella per cui l' Eroe supera la comu-
= ne maniera di agire etc. distinguo l' opera in se dalla ma-
= niera di agire. Nell' uno e nell' altro modo Eroe deve
= dirsi il Canonico de Rossi.* Poichè in quanto all' opere in
= se, *molto Egli operò di arduo e difficile* superando con
= animo coraggioso e grande tutti gl' impedimenti, e le
= difficoltà che gli si attraversavano. *La facilità, la pron-
= tezza* onde esercitava gli Atti delle Virtù, che a tutti
= son comuni, ed in se stesse non sembrano Eroiche,
= *erano atte ad elevarla a tal grado*, ben conoscendosi
= *dalla prontezza e dalla facilità* onde agiva *l' abito acqui-
= stato per via dei frequenti replicati atti, ed il diletto* al-
= meno che provava il suo spirito nell' esercizio delle Vir-
= tù . . . Ho trattato con moltissime persone da bene, e
= di virtù non ordinarie, o almeno superiori a loro egua-
= li, e *non ho trovato veruno di virtù così eminente come
= lo era il Canonico de Rossi da potersi proporre per mo-
= dello degno d' imitazione.* Idemque repetit Card. Garampi aliique passim *ad Interr.* 15. Cum ergo ferendum judicium sit de Virtute non comuni, sed heroica, quæ tam ab operis arduitate quam ab adjunctis arguitur, sapienter Sacra Congregatio eadem adjuncta sciscitatur a Testibus. Judicum vero est decernere an iidem Actus ab adjunctis narratis a Testibus, sint revera heroici.

17 Quod vero Testes iisdem ferme verbis in deponendo usi fuerint = *Animad. cit.* §. 2. = obsoleta Animadversio est, et in omnibus fere Causis fieri solita, quæ non tam Testes inurit,

rit, quam Fiscalem qui eorum responsa Notario dictat, quique in hac Causa fuit experientissimus Fidei Sub-Promotor *Gardellinius*; ceu monet Benedictus XIV. *lib.* 2. *Cap.* 49. *num.* 14. = ibi = *Quo fit ut unum idemque factum a pluribus auditum Testibus eodem modo, iisdemque non solum sententiis, sed sæpe verbis Judex ipse vel Fiscalis Notario dictet, quibus alias usus fuit etc. Cum Sub-Promotor majori et plurimum polleat experientia saltem quod attinet ad dictandas Testium depositiones.*

18 Quisnam vero redarguitur falsi? Gravissimus oppido Vir, et Vicariatus Urbis Secretarius et Promotor Fiscalis Coselli. Eccur? = Quia, inquis, de certa scientia deponit Ven. Virum = omnibus præsto fuisse a Confessionibus, ac præsertim mo- = nialibus, signanter vero Sorori Mariæ Isabellæ Cucomos = moniali in Ven. Monasterio S. Bernardini; quæ tamen = contra deponit cum Dei Famulo allocutam fuisse per tres = aut quatuor vices, numquam tamen cum eo exomologe- = sim fecisse, et quod = *Li discorsi che seco lui ho avuti* = *sono stati di materie spirituali*, ma non già di mia di- = rezzione, non avendo seco parlato giammai da solo = *Animad.* §. 2. =

*ANIMAD. cit.* §. 2.

19 De certa scientia deponere jure poterat Canonicus Cosellius Testis XIII. Ven. Virum omnibus presto fuisse a confessionibus, quia erat Illius Confessarius, et per viginti annos in Apostolico munere socius; uti deponit *Sum. pag.* 13. *circ. fin.* = Per molto tempo io ho avuto il medesimo a = mio Confessore, e per alcuni anni, che furono gli ul- = timi della di lui vita *Egli fù solito confessarsi da me.* = Da tutto ciò si può comprendere che la mia causa di = scienza abbraccia molti anni della di lui vita, e faccio il = conto che debba incominciare *da circa l' anno* 1744. in = cui principiai a frequentare l' Ospizio di S. Galla, e de- = ve prodursi *fino al* 1764. in cui il medesimo cessò di = vivere.

20 Numquam vero deposuit idem Testis XIII. Dei Famulum a confessionibus fuisse monialium, ac præsertim Isabellæ Cucomos, sed spiritus directionem eis non denegasse, quæ ab eo postulabant. En ejus verba *Sum. pag.* 35. §. 32. = = Non riggettava *la direzione* di Vergini consagrate a Dio = ne' Monasterj quando conoscea, che queste volevano se- = co lui *conferire*; *non già per avere materialmente un di-* = *rettore*, *ma per vantaggio del loro spirito*, e della loro = condotta. Così io so che diriggeva una Religiosa del Mo- = nastero di S. Bernardino di Casa Cucomos, non risov- = venendomi il nome. In S. Ambrogio *diriggeva* una certa = Religiosa chiamata Donna Candida Colomba Porrata, al = presente defonta, e quando non fu più in uno stato di = poterla egli diriggere, per le corporali infermità, che = l' inabilitavano ad uscire, e là portarsi, *incaricò me co-* = *me già avevo fatto anche in tempo della di lei direzione*, = portandomi a sentirla quando esso era impedito.

21 Rogo

21 Rogo nunc Censorem sapientissimum, quomodo his verbis falsi Cosellium arguat, perinde ac si falso dixerit Dei Famulum direxisse moniales, quod Testes fere omnes deponunt? *Sum. pag.* 311. §. 11. *alibique*: vel dixerit *a confessionibus* fuisse moniali Cucomos? Si ille dixit, quod *non riggettava la direzione di Vergini, NON GIA' PER AVERE materialmente UN DIRETTORE, ma per vantaggio del loro spirito*; quomodo inferri potest *dixisse Confessarium* qui vel ipsum exclusit stabilem *directorem*? et ad eas toties accedentem quoties accitum *per vantaggio del loro spirito*? Hoc sane nomine direxisse affirmavit monialem Cucomos, quæ sancte deponit per fratrem suum novisse Dei Famulum, terque quaterque cum eo collocutam fuisse *CON MIA SPIRITUALE CONSOLAZIONE ebbi seco lui discorso; li discorsi che seco lui ho avuti sono stati DI MATERIE SPIRITUALI*; Sum. pag. 16. verba tandem quæ eadem monialis addit = Animad. cit. §. 2. = *Li discorsi ec, non già di mia direzzione non avendo seco parlato giammai da solo a solo*, ut innunt Dei Famulum ejus directorem non fuisse, ita spirituales collationes cum eadem habitas probant propterea que merito a Teste inter moniales recensita fuit, quæ *volevano seco lui conferire non già per direttore ma per vantaggio del loro spirito*. Vide nugas in ipsa objiciendi inopia excogitatas!

22 Hujus furfuris est argumentum quo inter sese discordem Animadversio vocitat Testem V. Ordinarii Processus cum Testibus VII. et XI. Processus Apostolici; dum ille asserit Ven. Virum tunica serica usum fuisse ad tollerandos æstivos calores, alii vero deponunt numquam eum simili usum fuisse tunica = *Animad.* §. 2. *in fin.* = Sciscitor equidem ubinam Testis V. Ordinarii Processus asserat Ven. Virum tunica serica usum fuisse ad tollerandos æstivos calores? Is enim cum ceteris concors asserit per æstivos calores veste non serica, sed tantum *di stamigna, e questa ben grossa* usum fuisse Dei Famulum; Serica vero dum concionaretur ob necessitatem ne nimium æstuans ineptos ad concionandum evaderet. En ejus verba *Sum. pag.* 307. §. 46. = ibi = *Un solo abito d' inverno, e l' altro D' ESTATE, DI STAMIGNA, questo di panno ordinario, quello formavano l' arredo del Canonico De Rossi, e questi servivano al medesimo finchè potevano, con farli racconciare al bisogno. La Sottana per l' estate di cui si prevaleva QUANDO AVEVA DA FARE QUALCHE DISCORSO era, è vero, di seta, ma ciò a motivo che non lo riscaldasse soverchiamente, ed in modo che si rendesse incapace A QUELLA FUNZIONE. Quando poi non doveva discorrere all' Altare, o fare lungo viaggio L' ABITO LUNGO del Canonico ERA DI STAMIGNA, E QUESTA BEN GROSSA*. Nemo ergo est qui non videat hunc Testem apprime concordem esse cum Teste VII. Proc. Apost. qui de quotidiano vestium usu agens deponit *fol.* 673. *ter.* = ibi = *Il*

ANIMAD. §. 2.


*suo*

*suo vestire non poteva essere più moderato e modesto. Vestiva con quella decenza e polizia che esiggeva il suo stato, ma non usava seta.* = Nec non Teste XI. qui item deponit Proc. Apost. fol. 880. = *Il vestire del Canonico non poteva esser più modesto, NON VIDI MAI che adoprasse seta.*

23 Neque reponas ea verba Testis XI. = *Non vidi mai che adoprasse seta* suapte vi nullum tempus ecxcludere = *Animad.* §. 3. *in fin.* = Excludit enim Testis V. inquiens, quod etiam si S. D. numquam æstivo tempore usus fuerit serica veste, utebatur tamen *quando aveva da fare qualche discorso a motivo che non lo riscaldasse soverchiamente in modo che si rendesse incapace a quella funzione.* Cum autem unus Testis de circumstantia deponit sibi cognita, et alteri ignota, ambo inter sese discordes non sunt; juxta regulam Juris allatam a Benedicto XIV. *lib.* 3. *Cap.* 7. *num.* 11. = ibi = *Nec ullo modo Testes dicuntur contrarii si unus referat aliquid quod alius non refert.*

## DE HEROICA V. S. D. JUSTITIA

24 Quod ceteris gravius Animadversio existimat de Coadjutore Canonico D. Cajetano Gambirasi, quem V. S. Dei voce activa privavit ob solam, ut inquit, suspicionem Simoniaci pacti quod falso per errorem dicebatur intervenisse in quadam Beneficii Ecclesiastici nominatione a Capitulo facienda = *Animad.* §. 4. = non modo ceteris levius est, sed Ven. Viri Justitiæ zelum evidentissime probat; quemadmodum vel ipse Animadversor sapientissimus jam a prima Causæ actione fateri non dubitavit, scribens, in *prim. Animad.* §. 29. = ibi = *Quidquid gessit hoc in negotio ZELO JUSTITIÆ TRIBUENDUM PUTO.* =

*BN4MAD.* §. 4. *ad* 6.

25 Sed antequam novissimis de hac re Censuris occuram animadvertere oportet, non heic loci inquirendum esse, an vere in illa Beneficii collatione conventionalis Simonia interfuerit, eaque an scripto proposita, vel verbis in Capituli Acta non relatis? Sed an vere Simoniaca illa sponsio ad Dei Famulum Præneste missionum causa degentem delata fuerit, et a quibus? A postremo enim hoc themate innocentia Dei Famuli pendet, et ejus Justitiæ zelus elucet.

26 Si de primo disserendum occurreret, facile ostenderemus non argumenta a nobis allata de Simoniæ veritate haud satis ad rem facere, sed ea, quibus Animadversio ejus falsitatem probare conatur = *Animad.* §. 5. = Quinam enim Simoniacum crimen denegant? Ipsimet Canonici, qui de eodem crimine fuerant accusati. O præclaros Testes, ut ajunt, reos pro se et ad propriam tegendam culpam deponentes! Hi profecto ad excludendam criminis veritatem in Jure non probant; ex *Cap. Veniens* 10. = Et ex *Cap. Personas* 20. *de Testibus*; nec non apud Farinaccium *de Test. Quæst.* 56. *num.* 133. = ibi = *Reprobari testimonium ejus cui opponitur crimen* = Et num. 145. = *Potest Judex ex Officio illum re-*

*'ANIMAD.* §. 5.

*repellere*, *imo non debet Judex sequi dicta Testis criminosi.*

27 Neque ad eos excusandos quis advertat fieri potuisse ut Beneficium Postulans Simoniacam sponsionem verbis Capitulo exposuisset = *di somministrare oltre il disborso in cui dice essere di circa settecento scudi, il denaro per far la selciata nella strada de' Cerchj senza alcun' interesse* = Sum. Object. *pag.* 6. §. 3. = quin Capitulum expresse propositionem probasset, neque cum Petro respondisset: *Pecunia tua tecum sit in perditionem; quia Simonia conventionalis est quoties intervenit PACTUM TACITUM, vel EXPRESSUM VERBIS, aut aliis signis exterius manifestatum, NONDUM tamen EXECUTIONI MANDATUM*; ceu Canonistæ docent cum Fæbeo *Instit. Jur. Canon. Lib. IV. Tit. V. de Simonia* §. 5. =

28 Ad rei veritatem detegendam authenticus fuissent locus *Acta Capitularia*; sed hæc in Democriti puteo delitescunt. Ad ea confugit ipse V. S. D. Coadjutor ut ex eisdem defensionem peteret qua se suosque ab ea labe purgaret, sed frustra. Ait enim *Sum. cit. Object.* pag. 2. post. §. 8. = *Ho voluto rivedere gli Atti Capitolari A FINE DI VENIRE IN CHIARO se mai di questa* ( epistolae ad V. S. D. a Quarellio Capituli nomine missæ ) *si facesse menzione ne' medesimi, e NULLA HO TROVATO ec. DI QUANTO ERA ANTECEDENTEMENTE ACCADUTO.* Et §. 9. = *Aggiungo che non solamente NON SI FA MENZIONE DI QUESTO FATTO NEL CAPITOLO accennato in cui si venne all' elezione, MA NEPPURE NEI PRECEDENTI, quali da me si sono veduti.* = Si libellus Capituli reclamantis adversus calumniam fuit *sottoscritto da tutti* = Animad. §. 5. *ex Sum. Object. num.* 1. §. 6. erant ergo omnes in Capitulo congregati. Sed nec gesta in hoc Capitulo, neque in præcedenti relata leguntur in Acta. Oh silentium mysterii plenum!

29 Aeque infirmissimum ad probandam criminis falsitatem argumentum est inde petitum quod electio libere, et sine ulla pactione in eum revera cecidit qui incusabatur, quodque electio hæc probata dici possit a V. S. D. per veniam, quam is certior factus a Quarellio electionem a Simoniæ labe esse immunem Romam reversus Coadjutori suo de adempta ei voce activa humiliter petiit. = *Animad* §. 5. *in fin.* = Si quid sapio ex hujusmodi argumento quin probetur falsitas simoniacæ conventionis in antecedenti Capitulo propositæ, probatur potius V. S. D. zelo Simoniacam collationem fuisse impeditam, ejusque opera electionem factam fuisse *libere et sine ulla pactione*; quæ si cecidit in eum qui incusabatur postquam Dei Famulus Coadjutori suo suffragii ferendi facultatem reddiderat, *Sum. Object. pag.* 3. §. 13. ideo ab eodem reprobata non fuit, quia libera et sine ulla pactione facta. Non enim ipse personam reprobabat, sed electionis modum; ceu scripto protestatus, fuerat, *Sum. Object. pag.* 4. §. 15. = ibi = *Veniva a protestarsi, che*

*ANIMAD.* §. 5.

l' *elezzione* *NELLA MANIERA IN CUI VOLEVA FARSI ec.* *era Simoniaca.* Ita sane Viri Sancti Justitiae zelo ducti dum vitia insectantur, delinquentes amant; ceu jamdiu docuit S. Gregorius *Homil.* 34. *in Evangel.* = ibi = *Justi solent recte peccatores dedignari. Sed aliud est quod typo superbiœ aliud quod ZELO disciplinœ. Dedignantur etenim, sed non dedignantes, persecutionem commovent, SED AMANTES; quia etsi foris increpationes per disciplinam exagerant, intus tamem DULCEDINEM per Charitatem SERVANT.*

30 A venia autem sive excusatione, quem Vir Venerabilis post reditum in Urbem a Coadjutore petiit de activæ vocis privatione, argui non posse criminis falsitatem tamquam ab ipso agnitam, ultro Animadversor concessit *in prim. Animad.* §. 34. = ibi = *In suo sensu perstitisse Dei Servus videtur, ita se gessisse putans prout se gerere debebat. Nam ut scivit Canonicus Cambirasi Coadjutor Ven. Dei Servum e missionibus Romam rediisse, ad eum suum misit Consobrinum* = a fare le di lui lagnanze per essere stato privato del = Voto che gli competeva nella sudetta occasione = *At IPSE* = *NON FASSUS EST SE IN ERROREM INDUCTUM,* = *verum*: sentì le mie querele, ma ALTRO NON RISPO- = SE se non che stringendosi nelle spalle, CHE AVEVA = CREDUTO DI FARE COSI'; e replicandogli io qualche = altra cosa, egli NON MI DIEDE ALTRA RISPOSTA, se = non che replicando quello che aveva detto (*Sum. Object.* = §. 18.) Haud sane me fugit quod Servus Dei postmodum = in ædibus Canonici Quarelli *veniam petiit a Coadju-* = *tore* suo de sibi adempta voce activa in memorata oc- = casione, humili eumdem excusatione prosequutus. *At* = *Actus* hujusmodi *privatim emissus* fuisse videtur ABSQUE = ULLA PATRATÆ CULPÆ DECLARATIONE; nec si Coa- = djutori satisfactum aliquatenus fuit æque dici potest sa- = tisfactum fuisse reliquis Canonicis.

31 Ex recitatis egregii Censoris verbis nemo est qui non videat Dei Famulum excusationem a Coadjutore petiisse attentis *le di lui lagnanze per esser stato privato del Voto*, *absque tamen ulla patratœ culpœ declaratione* et uno tantum dato responso *che aveva creduto di fare così.* Quamobrem ex hac petita venia non delatæ conventionalis Simoniæ falsitas arguitur, sed heroica arguitur Ven. Viri Sanctitas; qui ut novit fratrem suum habere aliquid adversum se, licet temere et injuria, quia delatum sibi fuerat, ut ipse Coadjutor ait *Sum. object. pag.* 3 §. 12. = *che anch' io ero portato per quel tal soggetto*; nihilominus cum eo reconciliari voluit; non inde tamen sequitur eum offendisse. Sancti enim, licet fratrem non offenderint, si norunt, eum se offensum putare humiliter illum adeunt ut reconcilientur, ceu advertit a Lapide *in Matth. cap.* 5. *v.* 23. *et* 24 = ibi = *Porro S. Chrysostomus, Euthymius, et Theophilatus hoc intelligunt TAM DE OFFENSO QUAM DE OFFENDENTE SIVE JURE SIVE INJURIA, quasi velit Christus ut non tan-*

*tum*

*tum offendens qui læsit, sed etiam offensus qui per injuriam est læsus adeat offendentem eique se reconciliet.*

32 Quanto vero infirmiora sunt argumenta pro criminis falsitate allata, tanto validiora sunt, quæ illius adstruunt veritatem. Non enim illationibus, sed testibus ea constat, scilicet ex Canonicis ejusdem Basilicæ Capitulo interessentibus *I Canonici Achilli, e Nicola de Sanctis Coadjutore allora del Canonico Manganoni, erano stati quelli che avevano supposto al De Rossi, che si volesse dal Capitolo conferire il Beneficiato all'Esattore ec.* Sum. Object. pag. 3. §. 11 Duos autem Testes plenam probationem efficere satis notum est, et advertit Benedictus XIV. *lib.* 3 *Cap.* 1 *et Cap.* 8 *num.* 8 ibi = *Quatuor sunt GRADUS historicorum* (testium) *PRIMUS scilicet EORUM QUI EA QUIBUS INTERFUERUNT quæque geri VIDERUNT litteris tradiderunt.*

33 His accedit testimonium Sacerdotis Tojetti *uomo già noto per la sua ecclesiastica esemplarità, e per la sua dottrina, e per le sue Apostoliche Quaresimali fatiche*, verba sunt P. Thomæ Mariæ de Luca O. P. *in approbat.* Commentarii Vitæ Servi Dei. Tojettus inquam affirmat = *E' certo che in quella collazione v' intervenivano dei patti che puzzavano di Simonia* = Animad. § 5 = Quanti hocce testimonium faciendum sit Animadversio præsentiit; Ejus proinde requirit certam scientiæ causam, quia cum is promotus fuerit ad Beneficium in Basilica Vaticana non erat amplius de Capitulo S. Mariæ in Cosmedin, ut res Capituli dici queat scivisse de facto proprio, adeoque habendus ipse non est nisi tamquam Testis de simplici auditu, aut etiam de auditu auditus - *Animad. cit.* §. 5. = Verum ex facti circumstantiis apprime patet Tojettum adhuc fuisse de gremio Capituli S. Mariæ in Cosmedin cum de Simoniaca electione agebatur, proindeque suæ causæ scientiam habuisse ab eisdemet Canonicis qui Capitulo interfuerant de re quæ tunc in omnium Capitularium ore ob excitatas turbas versabatur = *Sum. Object. pag.* 5 *num.* 2. § 1

*ANIMAD.* §. 5.

34 Et re sane vera Beneficium, de quo sermo, illud ipsum erat, quo potiebatur Tojettus, ut in cit. *Sum. Object.* pag. 1. §. 1 = Essendo stato proveduto di un Benefizio nella Basilica *Vaticana il Sacerdote Tojetti, vacò quello che egli precedentemente otteneva nella nostra Chiesa di S. Maria in Cosmedin.* Collatis Capitularibus Actis ejusdem Basilicæ ex eorum regestro ac tabulario emergit Tojettum abdicasse se eo Beneficio *die* 7. *Septembris* 1754. et postero die octavo ejusdem mensis Vaticani Beneficii possessionem inivisse Multo ergo antea quam Apostolicæ Litteræ expedirentur resciri debuit in Capitulo ejusdem viri translatio ad Vaticanum; ex antecedente nimirum Collationis Rescripto; propterea que multo ante quam ipse ab eo Capitulo recederet, agi debuit a Canonicis de Successore eligendo; ita ut ipse nondum a Capitulo receſsus bene rescire potuerit Simoniacam

spon-

sponsionem ab ejusdem Capituli Exactore propositam. Infra enim quindecim dumtaxat dierum spatium tum primum Capitulum habitum fuit pro successore eligendo, tum Simoniaca sponsio ad Dei Famulum delata, tum ejus responsum ad Capitulum Præneste datum, tum denique alterum celebratum Capitulum in quo Tojetti Successor electus fuit; ceu ex ipsa rei gestæ serie, atque eisdem Regestris patet. Hinc optime Tojettus quod juratus narrat rescire debuit antequam e gremio illius Capituli recederet; ita ut, etiamsi dicendus sit Testis de auditu, est tamen de auditu ab iis qui primo illi Capitulo interfuerant; proindeque ejus testimonium primum promeretur fidei auctoritatisque pondus; ceu docet Benedictus XIV. *lib.* 3. *Cap.* 8. *num.* 9. = ibi = *PRIMUM FIDEI, ET AUCTORITATIS PONDUS profecto debetur* ( *Testibus* ) *qui res scripserunt*, *quibus interfuerunt*, *vel QUI AB EIS QUI VIDERANT AUDIVERUNT.*

35 Sed bona Causa nos liberales esse jubet, ultroque animadversioni concedere Simoniæ criminationem fuisse non modo dubiam, sed item falsam. Non enim in hodierno Judicio quærimus num Canonici a Simoniæ vitio purgentur, sed num Dei Famulus de ablata ea in electione Coadjutori suo suffragii ferendi facultate jure redarguatur, ita ut contra Eum nihil sit in Judicio; ceu ad rem inquit Tullius *pro Sylla* Cap. 13. = *Ego in judiciis et in quœstionibus non hoc quœrendum arbitror, num purgetur aliquis, sed num arguatur etc. Jam non quœro purget ne Cassius Syllam, illud mihi tantum satis est, contra Syllam nihil esse in Judicio.*

36 Sit inquam falsa Simoniaci criminis incusatio illud tantum nobis satis est quod VERA sit illius ad Dei Famulum Præneste ad Missiones commorantem facta DELATIO. De ea dubitare quis audet? Hinc enim argumentum totius historiæ procedit. Legimus quippe in ipso quod objicitur Summario *ad calcem primœ Animad.* pag. 3. § 11 *Che i CANONICI Achilli, e Nicola de Sanctis erano stati quelli che AVEVANO SUPPOSTO AL DE ROSSI, che si volesse dal Capitolo conferire il Beneficiato all'ESATTORE del medesimo, IL QUALE, come essi supposero AVEVA PROMESSO DI PAGARE UNA CERTA NON INDIFFERENTE SOMMA DI DENARO, che era allora necessaria per la selciata ec. Il buon Canonico lo credette, e AD INSINUAZIONE DE' MEDESIMI FECE LA PROCURA al Narici, perchè questi supposero che anch' io ero portato per quel tal soggetto*; verba sunt V.S.D. Coadjutoris.

37 Ad Simoniæ nomen Vir Dei sancto zelo æstuavit, arsit, exhorruit. Quamobrem ne et ipse in Simoniacam illam electionem convenire videretur per suffragium ferendum a Coadjutore, quem resciverat esse *portato per quel tal soggetto*, ut eum, quem poterat, a ferendo suo nomine suffragio prohiberet, ad eam electionem Canonicum Narici in suum Procuratorem elegit, juxta monitum S. Augustini *Tract.* 10.

in

*in Joan. Num.* 9 *col.* 372. *Tom.* 3 = ibi = *Unumquemque Christianum zelus Domus Dei comedat etc. vides fratrem currere ad theatrum? PROHIBE, mone, contristare, si zelus Domus Dei comedit te. Vides alios currere, et inebriari velle? Prohibe quos potes, tenes quos potes, terre quos potes.*

38 Atque ita agendi rationem habuit egregiam. Nam, uti idem Coadjutor narrare pergit in *cit. Sum. Object.* pag. 3 in fin. *Siccome Egli era di tanta delicata coscienza, ALL' UDIRE IL NOME DI SIMONIA non fece tante riflessioni, e SI CREDETTE IN OBLIGO DAL SUO CANTO DI ALLONTANARE IL PERICOLO. Riguardo poi ai CANONICI Achilli, e De Sanctis riputandoli esso per UOMINI PROBI ED INCAPACI D' INGANNARLO, facilmente credette esser vero quanto da essi venivagli supposto.*

39 Quæ quum ita sint quonam jure Animadversio fingit *ob solam suspicionem* Simoniaci pacti Coadjutorem voce activa privasse? *Animad.* §. 4 = Non mehercule ob criminis suspicionem, sed certitudinem eum suo suffragio privavit. Nam *Suspicio EX LEVIBUS indiciis procedit*, docet S. Thomas 2. 2 *quæst.* 60. *Art.* 3 *in corp.* Certitudo vero habetur *ex Testibus*, ut prosequitur S. Doctor *Art. cit. ad* 1 = ibi = *In humanis actibus invenitur aliqua CERTITUDO, non quidem sicut in demonstrativis, sed secundum quod convenit tali materiæ, puta CUM ALIQUID PER IDONEOS TESTES PROBATUR:* *ANIMAD.* §. 4.

40 Quinam, rogo, magis idonei Testes, quam duo ejusdem Basilicæ Canonici, qui Capitulo interfuerant, quique in eo gesta atque dicta propria scientia, proprioque auditu didicerant? Quinam magis idonei Testes, quam quos ipse Dei Famulus existimabat *Uomini probi, ed incapaci d' ingannarlo*? Non ergo suspicione, sed certitudine juxta Angelicum Simoniæ crimen sibi probatum Vir Venerabilis duxit, quod per idoneos Testes probabatur.

41 Neque obstat Dei Famulum in Epistola responsiva ad Capitulum dixisse *che quanto aveva asserito nell'indicato Mandato di Procura gli era stato supposto, ma che ad esso non costava con certezza* Animad. §. 4 *ex Sum. Object. pag.* 1. §. 7. His enim verbis scientiæ causam declaravit, qua factum sibi constabat, scilicet per eam certitudinem, quæ habetur ab idoneis Testibus: *gli era stato supposto*; non vero ea certitudine physica, quæ habetur a propriis sensibus, quam is Roma absens habere non potuerat. Cæterum in Summario legimus pag. 295. § 51. et seq. = *Non volendo assolutamente concorrere alla sudetta elezione perchè creduta Simoniaca non ostante che con parole E CON LETTERE ANCHE RISENTITE PIU' DEL DOVERE si cercasse dalli CANONICI FAUTORI di rimuoverlo dalla sua determinazione. Ma sebbene si dovesse in questo fatto conciliare dell'avversione, e patir molto a motivo de' rimproveri, SI CONSERVO' SEMPRE SALDO.*

42 Haud

42 Haud certe hic opus est, ut de Canonicorum Achilli, atque De Sanctis vita, et moribus Processum construamus, juxta Animadversionis sensum, quæ Canonici Gambirasi V.S.D. Coadjutoris verba referens *riputandoli per Uomini probi ed incapaci d' ingannarlo* = objicit eumdem Coadjctorem indicare voluisse opinionem cum suam tum Ven. Servi Dei, non vero Canonicorum Achilli et de Sanctis probitatem, quam et ipse excluditGambirasius dum inquit = *Quantunque ciò non fosse vero* = et illi exclusere Canonici qui libello subscripsere = *Animad.* § 5.

ANIMAD. §. 5.

43 De probitate Canonicorum Achilli et De Sanctis validius nullum nullumque gravius testimonium Gambirasius afferre poterat, quam illud Baptistæ Venerabilis, qui *riputandoli per Uomini probi, ed incapaci d' ingannarlo credette esser vero quanto da essi venivagli esposto.* Sum. Object. pag. 3 *in fin.* et 4. = Qui enim probi, et integri a Dei Famulo habebantur, nonnisi tales esse debebant, juxta S. Bernardi sententiam Epist. 248 *Non potest bonus non esse, qui bonis placet*, necnon S. Gregorii *lib.* 8. *Epist.* 50. *Tom.* 4 *pag.* 638 = ibi = *Bono Viro nisi bonus placere potest.* In comparatione hujus testimonii etiam a *Tojetto* illius Basilicæ Capitulo adscripto roborati, ajente = *E' certo che in quella collazione v' intervenivano dei patti che puzzavano di Simonia* = Quanti facienda sint quæ eidem Gambirasius ad suam suorumque Sociorum culpam tegendam addit = *Quantunque ciò non fosse vero* = Animad. cit. §. 5. paulo superius innuimus.

44 Quidquid vero sit de expositi veritate, fuerit falsa delatio; fuerit Ven. Baptista deceptus, Anne inde culpandus? *Si verum est illud S. Gregorii* = Sapientissimos quosque falli ore mentien- = tium = *sicuti et ultra exempla SANCTORUM VIRORUM, QUI DECEPTI quandoque fuere falsa insinuatione potentium, qualia ex Benedicto XIV. referuntur in Responsione* §§. 214 *et seqq.* ceu totidem verbis refert candidissimus Censor *Animad.* §. 6 si inquam id verum est, nihilque ex deceptione, quæ relationis falsitatem supponit, eorum sanctitati detractum est, quia ea non obstante *ab insita probitate non exciderunt*; consequens est nec virum Venerabilem ab ea excessisse, quemadmodum cum Baronio monet Benedictus XIV. *lib.* 3 *cap.* 36 *num.* 18 = ibi = *Sæpe contigit SAPIENTISSIMOS quosque FALLI, eosdem tamen A SAPIENTIA ET INSITA PROBITATE NON EXCIDERE, CUM nimium quæ agunt RECTO SINCEROQUE MENTIS feruntur INTUITU. Quis enim adeo ingenio perspicax, industria solers, atque rerum usu experimento probatus, ut falsis subreptionibus illorum maxime, qui omnem extrinsecus Sanctitatis speciem præseferunt non decipi interdum contingat?*

ANIMAD. §. 5 *et* 6.

45 Et ad praxim descendens Pontifex narrat *lib.* 2. *Cap.* 41 §. 13. S. Bernardum in suis Epistolis ad Celestinum II. ad Cardinales, ad Eugenium III. appellasse Willelmum Archiepiscopum Eboracensem *servum nequam, Idolum Eboracense*

*sar-*

*sarmentum inutile, arborem infructuosam*, qui tamen post obitum ab Honorio III. in *Sanctorum* numerum relatus fuit. Quo ab exemplo concludit idem idem Pontifex Lambertinius = *Quod non potuerunt ejus Canonizationi impedimentum afferre memoratæ Epistolæ S. Bernardi, quæ neque obstiterunt Scriptoris Canonizationi, cum faverit causæ, quam putavit esse justissimam deceptus falsa insinuatione eorum, quorum existimatio apud eum non erat fidei dubiæ.*

46 Si tanti facienda est hoc in judicio deceptio, ut non possit Canonizationi decepti impedimentum afferre, hæc una per sese satis superque est ad purgandum ab omni censura Dei Famulum, quia *distinctio inter Canonizatos et Canonizandos mihi nunquam probata fuit* = inquit Benedictus XIV. *lib.* 3. *Cap.* 41. *num.* 19. quin Eum purgemus ob veniam quam a Gambirasio postmodum petiit = *Animad.* §. 6 Hæc enim potius Ven. Viri heroicam humilitatem ostendit, quam suppositam retractationem. ANIMAD. *cit.* §. 6

47 Antequam hunc locum deseram præterire non possum immerito a solertissimo Censore *Animad.* §. 4. Procuræ mandatum a Dei Servo potius alteri quam Coadjutori datum, dici præcipitem in ipsum Coadjutorem animadversionem. Non fuit quippe præceps ejusmodi agendi ratio, sed rei ac tempori accomodata. Rei quidem, quia agebatur de Simoniæ crimine omnium gravissimo, cujus et ipse reus efficiebatur per Coadjutoris votum, quod ille nomine suo ferre non poterat, sed Principalis, quem tamen sciebat etiam esse *portato per quel tale soggetto*; Sum- object. § 12 Quod nam vero nimium ad tantam evadendam culpam molimen esse potuit, quod maximum esse debebat? *Neque enim periculum est ne sit nimium quod esse maximum debet*; inquit Plinius *lib.* 8. *Epist.* 14. ANIMAD. §. 4.

48 Fuit item ejusdem Servi Dei agendi ratio tempori accomodata; Agebatur nimirum de Simoniaca electione per eos dies facienda, quibus Canonicus Venerabilis Missionibus Præneste vacabat. De ea siquidem actum jam fuisse in Capitulo a Canonicis ipse resciverat, ita ut eadem electio fieri debebat eo ipso in Capitulo, quo exibitum fuit V.S.D. Procuræ mandatum. ut in Sum. Object. num. 1. §. 4 *Il Canonico Norici esibì un piego aperto il quale si trovò che per l' elezione che doveva farsi del Beneficiato in quel medesimo Capitolo ec.* Hinc si tantisper cunctatus fuisset, Simoniaci criminis reus et ipse evasisset. Quapropter ne momento quidem cunctandum erat, sed statim ad alterius Procuratoris electionem procedendum; uti præceteris docet Angelicus 2.2. *quæst.* 33 *art.* 7. *in corp.* = ibi = *Quædam peccata occulta sunt quæ sunt in nocumentum proximorum vel corporale, vel spirituale; puta ec. si hæreticus privatim homines a Fidè avertat, quia ille qui sic occulte peccat, non solum in se peccat, sed etiam in alios oportet statim procedere ad denuntiationem ut hujumodi nocumentum impediatur.*

49 Nullam vero Vir Venerabilis Coadjutori suo injuriam fecit, cum resciens ipsum esse *portato per quel tale soggetto* . ad

ferendum nomine suo suffragium ea in electione alium Procuratorem constituit = *Animad. cit.* §. 4. = Coadjutor enim suffragii ferendi nomine suo et interessendi Capitulo facultatem non habet, sed a Principalis voluntate pendet, ita ut si ipsius vice et voluntate Capitulo intersit non suffragator, sed sui Principalis suffragii relator tantumodo sit; uti docet Fagnanus *in* 3. *Decretal. de Cleric. ægrot. Cap.*5. *num.* 34. laudatus *in prim. Resp.* §. 106. *et* §. 127. = ubi idem = *Ex Cap. Nulla de Concess. Præb. num.* 60. = ibi = *COADJUTOR NON POTEST CAPITULO INTERESSE nec aliquid Jurium Canonicalium exercere CONTRADICENTE COADJUTO* = Rota *decis.* 410. *num.*8. = Et num. 54. ibi = *Cum Coadjutor respectu Beneficii nec titulum habeat, nec possessionem, sed sit FICTUS BENEFICIATUS, uti decidit Rota in Salmantina Coadjutoriæ* 25. *Junii* 1593. *coram Penia.* = Et Ferrarius *Verb. Coadjutoria num.* 102. = ibi = *NEQUE VOTUM HABET.* = Pirrhinc *in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 18., aliique laudati *in cit. prim. Resp.* §. 126.

ANIMAD. cit. §. 4.

50 Neque Quarellius ex tripode affirmet Pontificem Coadjutori ferendi votum in Capitulo jus tribuisse = *Sum. Oject. pag.*5. §. 2. = per generalia verba in Coadjutoriæ Bullis apponi solita *cum plena et libera potestate etc.*, quia eadem verba ad ea coarctantur quæ ad Coadjutorem de jure pertinent; ceu advertit idem Fagnanus *tit. de Cleric. ægrot. Cap. Ex parte num.* 24. - ibi = *Non obstare verba generalia quæ consueverunt apponi in Bulla Coadjutoriæ* = Cum plena et libera potestate etc. = *quoniam restringuntur ad ea quæ pertinent de jure, vel consuetudine ad Coadjutoris officium etc. ex quibus inferendum ex Congregatione, ut COADJUTOR datus Episcopo ob senium aut ægritudinem cum facultate in temporalibus et spiritualibus administrandi ea omnia quæ ad officium Coadjutoris pertinent, MINIME POSSIT SE IMMISCERE IN EXERCITIO JURISDICTIONALIUM, quibus defungi potest et vult ipse Episcopus.*

51 Temere autem ratiocinatur idem Quarellius dum ait, quod Coadjutori vox activa *ancorchè non gli competesse de jure, gli competerebbe per possesso, e consuetudine* = cit. Sum. Object. *pag.* 5. §. 2. = Haud enim advertit hic agi de collatione Beneficii cujus nominandi jus non pertinet ad Coadjutorem, sed privative ad Coadjutum, utpote Patronum, quin locum habeat consuetudo. Si enim Patronus absens sit, suffragium dare tenetur per speciale Procuræ Mandatum; ceu docet Pitonius *de Controv. Patronor. tom.* 1. *Allegat. XXVI. num.* 10. *et* 14. = ibi = *In absentibus qui habent jus nominandi, ad ferendum Votum requiritur SPECIALE MANDATUM Procuræ.* = Nec non Fagnanus *in cit. lib.* 3. *decret. de Cleric. ægrotan. Cap. Ex parte num.* 24. = ibi = *Jo. Andreas quærit an COADJUTOR* (Episcopi) *possit Beneficia conferre, resolvit etc. NON CONFERT*

BE-

*BENEFICIA* *sed illa confert Prœlatus ut prius.* Quæ cum ita sint nullam V. S. D. injuriam attulit Coadjutori: ex Juris Regula = *Nemini facit injuriam qui utitur jure suo* = penes Rotam *in Recent. Decis.* 599. *num.* 22. *part.* 5. *tom.* 2. =

52 Quod nam, quæso, damnum vel infamia ex illa activæ vocis privatione in Capitulum redundavit? = *Animad.* §. 4. *circ. med.* Canonicus Venerabilis haud apud exteros Præsidesve Capitulum de Simonia infamavit, sed eisdemmet Concanonicis clauso plico suam sententiam exposuit = *Qualche tempo dopo fu convocato il CAPITOLO ed allora il Canonico Narici ESIBI' UN PIEGO APERTO IL QUALE si trovò che per l' elezione che dovea farsi del Beneficiato in quel medesimo Capitolo, il Canonico De Rossi eleggeva in suo Procuratore il medesimo Canonico Narici colla facoltà di dare il Voto ec. Adduceva poi i motivi del suo operato, perchè sapeva, credeva, o sospettava che per la nomina del sudetto Beneficiato vi fossero dei patti Simoniaci.* = Neminem ergo infamavit nisi Capitulum apud Capitulum de suspicione criminis occulti, et extra Capitulum nemini cogniti; ob delictum vero occultum nulla neque juris neque facti infamia contrahitur; uti docent doctores allati in *nov. Resp. pag.* 86. §. 202.

53 Nisi ergo Canonici tantas excitassent turbas apud Cardinalem Commendatarium: *Sum. Object. pag.* 6. §. 5. *et* 6. = Sed se per epistolam apud Dei Famulum ab omni suspicione purgassent; eique de admonitione gratias egissent, haud factum evulgatum fuisset; juxta monitum S. Chrysostomi *Homil. de ferendis reprœhension. tom.* 3 = ibi = *Gratiam habeo iis, qui me arguunt. Amici enim sunt sive juste sive injuste arguant, NON EXPROBRARE VOLUNT, SED EMENDARE.*

54 Sciscitor equidem, an Ven. Canonicus si præsens Capitulo fuisset commonere ceteros debuisset electionem illam, etsi non expresse ac manifeste, tacite tamen esse Simoniacam? Imo tenebatur; neque injuriam aliquam Capitulo attulisset. Quod præsens poterat, cur non absens? Usus est ergo jure suo, suoque munere functus est.

55 Non video tandem quo jure *Animadversio* iterum repetat §. 6. *in fin.* adhuc rigidius disquirenda superesse, quæ *de defectu necessariæ prudentiæ, de lege fraternæ Charitatis, ac de necessitate retractationis in iscritto* notant Testes Gambirasi, et Quarelli in *Sum. Object. pag.* 3. §. 13. *pag.* 5. §. 20. *et pag.* 7. §. 7. *et* 8. = postquam singula refutavimus in præterita *Nov. Resp. a pag.* 85. *ad* 87. *ANIMAD. §. 6 in fin.*

56 *De prudentia* quidem jam diximus Gambirasium et Quarellium exoptasse in Sancto ad evadendum Simoniæ crimen Prudentiam carnis, non spiritus; qua nectendo per urbanitatem moras, seipsum etiam in ejusdem criminis Societatem adjunxisset. Sed ab hujusce carnis Prudentiæ defectu, de quo illi queruntur, Sanctitatem Viri tuemur. Cum enim Actus Prudentiæ sit *perquirere media accomodata ad con-*

*sequendum finem* PER MEDIUM ACCOMODATUM AD HUNC VEL ILLUM FINEM; verba sunt Benedicti XIV. *lib.* 3. *Cap.* 24. *num.* 3. = medium accomodatum ad impediendam divinam offensam est *statim procedere ad denuntiationem, ut hujusmodi nocumentum impediatur*; ceu totidem verbis docet Angelicus *n.* 2. *quæst.* 33. *Art.* 7. *in corp.* = Si idem Gambirasius primum dixit Dei Famulum minus cautum aures præbendo Canonicis Achilli, et De Sanctis; *Sum. Object. pag.* 3. §. 13. *exadv. cit.*, ostendimus tamen (*in* 2. *Resp. pag.* 83. §. 194.) illum a culpa excusasse addendo = *Riguardo ai Canonici Achilli, e De Sanctis riputandoli esso per* UOMINI PROBI, ED INCAPACI D' INGANNARLO, *facilmente credette*; cit. Sum. Object. pag. 3. in fin. = *Et pag.* 5. §. 20. = Prudentiæ ergo fuit suffragio privare Coadjutorem, ut is *come assai zelante che era credendo vero quanto gli era stato esposto circa il sospetto di Simonia, volesse* DAL SUO CANTO *procurare d'*IMPEDIRE UN TAL MALE; cit. Sum. Object. pag. 3. post §. 10. et *Sum. princip. pag.* 295. §. 51. et seq. = *Privò del suo Voto il Coadjutore* NON VOLENDO *assolutamente* CONCORRERE ALLA SUDETTA ELEZIONE PERCHE' CREDUTA SIMONIACA. Hoc autem nomine a Prudentia non recessisse alios item Sanctos, quos veneramur in Aris, aures præbendo iis, *quorum existimatio apud eos non erat fidei dubiæ* superius ostendimus ex Benedicto XIV. *lib.* 2. *Cap.* 41. §. 13.

57 *De fraternae Charitatis defectu*, de quo dolet præfatus Gambirasius *in Sum. Object. pag.* 3. §. 13. *et pag.* 7. §. 7. *et* 8. *exadv. cit.* jam fuse diximus eo in casu eamdem privatam correctionem locum habere non potuisse (2. *Resp. pag.* 87. §. 206. *ad* 208.) Aberat enim Dei Servus Roma, Præneste degens ad missiones cum a suis Canonicis rescivit in proxime cogendo Capitulo electum iri ad Beneficium qui Simoniaca pacta exhibuerat; *Sum. Object. n.* 1. §. 3. = Resciverat item Coadjutorem suum esse *portato per quel tale soggetto*; cit. Sum. pag. 3. §. 12. et pag. 1. §. 3. idem Coadjutor ait = *Mi riputava del partito contrario.* Quo nam, quæso, pacto, quanam Prudentiæ regula sciscitari ab eo facti veritatem poterat? Ab eo ne, qui *era portato per quel tale soggetto*? Ab eo qui noverat *del partito contrario*? Judæus credat Apella. Præterea, uti superius diximus, Servi Dei Mandati Procuræ epistola qua is alium Canonicum Procuratorem constituebat, exhiberi vix potuit eo in Capitulo in quo *doveva farsi l' elezione del Beneficiato*; cit. Sum. Object. Num. 1. §. 4. = Quamobrem etiamsi suspectus sibi non fuisset Coadjutor ab eoque informationem petere potuisset, omnino tempus sibi deerat ad Simoniacam electionem impediendam, cujus notitia prius pervenisset, quam informatio; atque ita is animam suam non in manibus suis, sed in Coadjutoris manibus posuisset.

58 Sed crimen non erat unius Coadjutoris crimen fraterna tantum

tum

tum correctione dignum, sed in omnium Canonicorum spirituale nocumentum vertebat, atque directe Dei Ecclesiæque legem offendebat. *Nam inter crimina quæ DEUM PRINCIPALITER LOEDUNT, primo connumeratur SIMONIA*; docet Milliarius *Instit. Canon. tit.* 3.; et Simonia nonnumquam in Sacris Canonibus appellatur HÆRESIS, ut in *Cap. Fin.* 9. 7. *et Cap. Quoties* 5. *de Simonia.* Sapientis igitur Viri prudentiæ fuit non modo suffragio nomine suo dando Coadjutorem privare, sed item rationem addere; *adduceva poi li motivi del suo operato, e questi erano perchè sapeva, credeva, o sospettava (dei termini precisi non mi posso ricordare) che per la nomina del sudetto Beneficiato vi fossero dei patti Simoniaci.* Sum. Object. *pag.* 1. §. 4. = quibus verbis cæteros quoque Canonicos de comuni vitando in ea electione Simoniæ periculo admonuit.

59 Insipienter propterea Quarellius et Gambirasius in comuni crimine fraternam admonitionem quærebant; juxta Theologorum doctrinam de qua Benedictus XIV. *lib.* 3. *Cap.*41. *num.* 3. = ibi = *Vulgata est distinctio inter peccatorem occultum et peccatorem publicum. Si enim peccator occultus est, secreta debet præcedere admonitio juxta præceptum Christi*; Matth. 18. ver. 15. = Si autem peccaverit in te frater = tuus vade et corripe eum inter te et ipsum solum = *quod si peccator publicus sit NULLA TUNC PRIVATA ADMONITIO est denuntiationi præmittenda, juxta illud Pauli Apostoli ad* Timotheum 1. cap. 5. ver. 20. = *Peccantes CORAM OMNIBUS ARGUE UT ET CÆTERI TIMOREM HABEANT* = Et ad Titum *Cap.* 1. *vers.* 13. = Increpa illos dure ut sani sint = *itaque peccata publica, ait divus Thomas* 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 7. *in corp.* publice esse redarguenda etc. *S. Augustinus Serm.* 83. *de Verbis Domini* num. 8. Col. 451. tom. 5. = *Si peccatum in secreto est in secreto corripe; si peccatum publicum est et apertum PUBLICE CORRIPE, ut ille emendetur, ET CÆTERI TIMEANT.*

60 *De necessitate retractationis in iscritto*, quam Quarellius a Dei Servo petebat, *Sum. Object. pag.* 7. §. 8. *et* 9. *exadv. cit.* illud unum dicam, petiisse nimium. Petebat enim ut falsum assereret, quod sui Canonici Achilli et De Sanctis sibi per epistolam significaverant, et ita eos mendaces asserere. Et quomodo? Cum is præsens non fuerat eo in Capitulo cui illi interfuerant? Verum si Inquisitionis tempore Quarellius non jam excessisset e vivis, deposuisset Dei Famulum veniam petiisse a Canonicis *in iscritto*, scilicet in Ejus Epistola responsiva ad eumdem Quarellium, sive Capitulum missa, *in cui SI PROTESTAVA che quanto aveva asserito nel già indicato Mandato di Procura, gli era stato supposto; ma che ad esso non costava con certezza (fisica) ond' è che DOMANDAVA SCUSA A QUELLI CHE SI FOSSERO CREDUTI OFFESI* Sum. Object-

pag.

pag. 1 §. 7 Nescimus an ceteri Sancti aliorum relatione, licet falsa, decepti, deceptionem fassi sint *in iscritto*. Imo scimus B. Alphonsum Mariam de Ligorio tuto Canonizandum deceptum *falsa delatione* illorum *che apparivano persone da bene*, in exilium pulsisse *Religiosum probum*; atque deinde agnita relationis falsitate, quin illam *in iscritto* declarasset, *lo mandò a chiamare, e con esimia umiltà GLI CHIESE PERDONO restando detto Religioso assai edificato di detta sua umiltà*, ut in Sum. Object. illius Causæ *pag.* 6 §. 1.

61 Pari humilitate et Ven. Baptista non modo a Canonicis *in iscritto* verum etiam separatim a suo Coadjutore veniam petiit, si sua agendi ratio ipsum offendisset; ceu idem Coadjutor narrat *in Sum. Object. pag.* 3 §. 10 *in fin.* = *Fui avvisato di trovarmi ad una determinata ora in Casa del CANONICO QUARELLI, facendomi questo sapere che il Canonico De Rossi mi voleva dimandar scusa per il torto fattomi nel dar la sua Procura al Canonico Narici. Vi andai, e l'umile Servo di Dio MI FE' LA SCUSA appena vedutomi CON TALI ESPRESSIONI, onde io RESTAI non solo appagato, ma CONFUSO, e procurai d'impedire, che proseguisse.* Apud Quarellium autem, a quo acrem Epistolam acceperat, versatus est *con tanta allegrezza, che PAREVA NON CI FOSSE STATO NIENTE FRA ESSI, facendo ivi le proteste più chiare dell'animo suo, DICHIARANDO CHE PER METTER LA PACE ERA PRONTISSIMO A RINUNZIARE ANCORA IL CANONICATO* = Proc. Ord. fol. 929 ter. = Vide hominem Sanctum?

## DE HEROICA V. S. D. CHARITATE IN PROXIMOS

62 Baptista Venerabilis *quasi omnium Pater vivebat omnibus, deerat nemini expanso gremio pietatis. De quacumque tribulatione clamarent ad eum propriam reputabat*; verba sunt S. Bernardi *Serm.* 2 *de S. Malachia* = Miseros enim omnes ita gerebat in oculis, ut se ipso chariores habuisse visus sit suos siquidem census omnes sibi detrahere non dubitavit; ut alienis consuleret necessitatibus; quo in Charitatis genere paucos habuit pares, superiorem fortasse neminem; ita ut Charitas in Proximos præcipua, et characteristica ejus prærogativa dicenda sit.

63 Hujusce Virtutis fulgor vel ipsius Censoris oculos perculit, qui vel *in primis Animadversionibus* §. 2 scribere non dubitavit = *Non renuam HEROICA dicere, ac MIRABILIA hæc Servi Dei gesta quod nempe . . . haereditatem ab Agnato sibi relictam illico disperserit dederitque Pauperibus et quod SEMPER EGUERIT NE PAUPERES MALI EGERENT*; idque repetit in Novissimis §. 11. ubi=HEROICA *illa CHARITAS, quo facultates suas dispersit, deditque Pauperibus*. Hæc tamen dum ex animi sui sententia

*ANIMAD.* §. 6.

pro-

profert pro munere addit = *Animad.* §. 7 quod in Actis legitur = *Il Canonico D. Lorenzo di lui Cugino si era ridotto a ritenere un solo pajo di scarpe, e calzoni, perchè Gio. Battista subito che vedeva che se li levava prendendoli li dava a Poveri* = Atque interrogat *numquid Pauperibus largiri licuit res non suas?*

64 Si pro Viro dicerem comuni Virtute prædito, ex facti potius circumstantiis, quam a generalibus doctrinis Actus bonitatem petendam ostenderem.

65 Ostenderem equidem non alienam rem Dei Servum Pauperibus fuisse elargitum, sed domesticam, sui nimirum Fratris cum quo vivebat.

XXIV. Ex mira ejus immobilitate et modestia qua versabatur in Templis; quaque Testium quisque refert, quod *era tale la compostezza, tale l'attenzione, tale la modestia, ed il raccoglimento, che in vederlo non potevo non restare se non che assai edificato. La di lui presenza muoveva a divozione gli astanti*; *dall'esterna positura e compostezza del corpo raccoglievasi quali fossero i sentimenti della mente*; ut in Elench. *pag*. 27. *et seq*. §. 29. *et* 30.

XXV. Ex æquali ejus agendi ratione, qua tam in Templis quam domi pari Fide parique spiritus fervore Religionis Actus exercebat, precesque fundebat; *Elench*. *pag*. 28. §. 31.

XXVI. Ex Fidei lumine, quo ipse firmiter tenens ab uno Deo cuncta bona procedere, nullum umquam moliebatur, licet spirituale, opus, nisi prius ipsius Dei auxilio, Sanctorumque intercessione implorata; cit. *Elench*. *pag*. 29. §. 32.

XXVII. Ex ingenti fervore quo Sacrosanctum Missæ Sacrificium peragebat. Præter enim matutinam horam coelestium commentationi datam, aliam semihoram in Missæ præparatione insumebat. Si vero diutius in Sacrario expectandum sibi foret, orationem protrahebat donec se sacris vestibus indueret; ceteros admonens Sacerdotes, ut a colloquiis in Sacrario abstinerent. Per semihoræ quoque spatium post Sacrum in agendis Deo gratiis fervidus permanebat; ut in cit. *Elench*. *pag*. 29. *et* 30. §. 33.

XXVIII. Ex viva Ejus Fide in celebrando, quæ adstantibus devotionem non modo, sed eximiæ illius Sanctitatis admirationem ingerebat. Alii propterea narrant quotidie in Dei Famulo sibi visum fuisse Presbyterum prima vice celebrantem: Alii, *che nel celebrare gli si vedeva tutto il volto infiammato* = Alii post celebratum die Paschatis Sacrum eum vidisse *penetrato da tanta divozione, ed allegrezza, che sentiva ancor esso* (Testis I. Proc. Ord.) *un sommo piacere d'essere in sua compagnia* = Elench. *pag*. 31. *et* 32 §. 34.

Ex

XXIX. Ex exactissima Rubricarum observantia inter divinam celebrandam Actionem nulla prorsus admissa excusatione, licet ab aliis sibi proposita; *Elench. pag.* 32. §. 35.

XXX. Ex Seraphico spiritus ardore, qui tantus erat in celebranda Missa, ut non modo facie corruscaret, sed etiam instar S. Philippi Nerii, et B. Alphonsi Mariæ de Ligorio, totis arctubus cum ipsius subpedanei crepitu quateretur contremisceret, trepidaret; ut in *cit. Elench. pag.* 32. §. 36. Et pag. 33. = ubi = *Insolito scuotimento e tremore universale di tutto il corpo da cui veniva sorpreso nella celebrazione della Messa, dalla Consagrazione fino alla Comunione, a segno che ne traballava la stessa pradella dell' Altare. Il fatto si rendeva troppo visibile a tutti gli astanti che ne restavano ammirati dell'insolito avvenimento, tanto più che non avevano veduto in Lui tali movimenti ed agitazioni fuori della celebrazione della Messa, nè sapevano per altra parte, che Egli fosse in conto alcuno paralitico*; cit. Elench. *pag.* 34. *per tot.*

XXXI. Ex pari spiritus fervore, quo divinas laudes persolvebat. Cum enim extra Chorum cum aliis psallebat easdem rubricas ritusque, licet viribus impos, servabat in genuflectendo, in stando, in operiendo capite, quæ servantur in Choro; ita ut *il recitare le ore Canoniche era lo stesso per lui che unirsi più intimamente con Dio, ed il vederlo in quelle circostanze, e sentirlo proferire quelle divine parole colla maggior presenza di spirito, e quasi alienazione de' sensi, SEMBRAVA DI VEDERE, e sentire UN SERAFINO, come in atto di presentare al Signore le sue suppliche; . . . . Prorompendo bene spesso in affettuosi sospiri indicanti singolar devozione, ispirava ancor spirito e divozione in altri che erano presenti . . . . Dopo la recita dell'Offizio restava anche esteriormente infiammato in viso.* Imo vero olim cum Vesperas recitaret ejus comes *l'osservò in quell'azione talmente assorto in Dio, che parevagli volasse come SOLLEVATO DA TERRA*; ut in cit. Elench. *pag.* 35. *per tot. et in fin. et pag.* 36.

XXXII. Ex studio imitandi *S. Francisci Salesii* fervorem in eodem Sacerdotale pensu persolvendo. Cum enim id solus persolveret eamdem psalmodiam quoad præ viribus valuit, genuflexus recitabat; ut in cit. *Elench. pag.* 37. = ubi = *A somilianza di S. Francesco di Sales ebbe come in costume qualora recitava l'Uffizio divino privatamente, e da se solo, di recitarlo SEMPRE GENUFLESSO toltone le volte in cui lo permettevano le gravissime sue indisposizioni.*

XXXIII. Ex heroico zelo easdem Canonicas Horas persolvendi in ipsis valetudinis incomodis viriumque prostratione. Quo in casu licet gravissimi Presbyteri sibi suasissent haud teneri ad Horarum recitationem, numquam ad eam omittendam potuit adduci; ut in *Elench. pag.* 38. §. 39.

XXXIV. Ex dilectione decoris Domus Dei, cujus non modo debitam reverentiam quammaxime zelavit, sed pro-

prias ædes in Transtyberina regione sitas, in suæ Basilicæ Organi manutensionem ipsiusque perpetuum Modulatoris stipendium publico Instrumento cessit, donavitque; suo item sumptu loculi ornatus, quo ea in Basilica Sacra Lypsana asservantur auro leniri curavit; ejusdem denique Ecclesiæ perenni servitio atque decori adeo studuit, ut ipse Sacrario Præses cum esset, alterum ex Cappellanis negligentem dimiserit; neque prius iterum receperit, quam suæ negligentiæ doloris iterata dederit argumenta; ut in cit. *Elench. pag.* 38. *et* 39. *per tot.*

XXXV. Ex profundissimo venerationis sensu, quo in quibuscumque Templis versabatur, ubi præsentem Deum alta mente revolvens a colloquiis, ipsisque urbanitatis actibus sese abstinebat. In publicis item supplicationibus aliisque Ecclesiæ functionibus is *dalla divozione singolare, e singolar modestia si distingueva dagli altri.* Imo vero *ancorchè fosse Canonico d'una insigne Collegiata, non isdegnava di servir la Messa ec. suonava la Campana, accendeva le candele, ed in occasione di una Messa cantata, nella quale vi fu chi ricusava di fare da Accolito, il Canonico De Rossi prese il Candeliere, e servì Egli in tale offizio*; ex Testibus allatis in cit. *Elench. pag.* 40. §. 42.

XXXVI. Ex tenerrimo et filiali amore, quo Beatissimam Virginem prosequebatur. Ei namque quotidie tum Rosarii recitatione, tum aliis ingeminatis precibus suæ venerationis tributum persolvebat. De ea ad Populum tanta loquebatur dulcedine quanta melos in ore; atque audientes ignitis verbis omnique industria ad ejus amorem et obsequium incitabat; Ejusque Festivitates triduanis precibus præveniebat. Celebrem illius Imaginem in sua Basilica cultam tum aliorum, tum sua impensa eleganter ornari sategit. Ejus denique zelo studioque referri debet Novemdialium solemnitas, qua in Basilica S. Mariæ in Cosmedin ejusdem Nativitas præveniri solet; nec non mos ille commendatissimus recitandi quotidie a Canonicis, persolutis Horis, ejusdem Virginis Litanias; ut in cit. *Elench. pag.* 41. *ad* 44.

XXXVII. Ex singulari observantia pietateque, qua Sanctos quosque colebat, ac præsertim Apostolorum Principes *Petrum*, *et Paulum*, ad quorum Vaticanam Basilicam sæpe se conferebat, ut Fidei puritatem in Populo, sanctitatem in Clero imploraret. Præter autem SS. Carolum, Franciscum Salesium, Vincentium a Paulo, et Aloysium Gonzagam, in Patrem ac principalem Patronum sibi adsciverat *S. Philippum Nerium*, cujus animarum zelum ita in se expressit, imitatusque fuit, ut et ipse ejus nomine vulgo nuncuparetur; in cit. *Elench. pag.* 44. *ad* 47.

XXXVIII. Ex profundissima veneratione erga sacras paginas, quarum lectio adeo familiaris sibi fuit, ut ad Ejus peculiarem characterem exhibendum nonnisi præ manibus Bibliam gestans fingi pingique soleat. Eam semper in Missio-

sionibus secumferebat, atque meditabatur; in cit. *Elench. pag.* 47. *ad* 49. §. 44.

105 Quid plura? A Fidei Virtute disce ceteras. Quemadmodum enim in singulis recensitis Fidei Actibus exercendis Dei Famulum supra communem bonorum operandi modum se gessisse ostendimus, quo excellentiori modo virtus communis evadit heroica; ex laudato Benedicto XIV. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 11.; ita exhibitum jam Elenchum legentibus patet in ceteris quoque Virtutibus, quæ hominis statum constituunt, earumque singulis Actibus, Dei Famulum fuisse Heroem, quia excellentiori præ ceteris modo illos exercuit.

106 Quamquam vero heroicitas petenda sit ab adjunctis, quæ idem Benedictus XIV. enumerat *cit. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 6. docens = *Habitum heroicum ex eisdem Actibus* (Virtutis communis) *dignosci si eorum FREQUENTIA suppetat, si FACILITAS, PROMPTITUDO, et DELECTATIO eos comitetur*; in hac tamen Causa ad hæc, quæ in ceteris omne punctum ferrent, alia accedunt adjuncta præterea duo, quæ per sese virtutum omnium heroicitatem constituunt, eamque ciunt admirationem quam *Animadversio requirit* §. 11. = Perseverantia nimirum, et Innocentia. *ANIMADV.* §. 11.

107 Perseverantia siquidem, seu Constantia in exercitatione Virtutum adeo cumulate probatur, ut ipse Censor doctissimus postquam heroicos retulerat Actus Charitatis in Proximos = *Animadv.* §. 11. = ad cetera Virtutum decora oratione conversa, inter ea Constantiam item enumerat. = *Animadv.* §. 12. = ibi = *In reliqua etiam omni agendi et vivendi ratione V. S. D. laudabile idem studium se prodit juvandi Proximos*; *EXERCITIUM item CONSTANS VIRTUTUM accurata divinæ Legis observatio, diligens in implendis Officii sui partibus sollicitudo* =. At hæc ipsa Constantia, seu temporis diuturnitas in exercendis etiam communi modo Virtutibus maximam per sese difficultatem affert, qua communis ipsa Virtus ad heroicitatis gradum evehitur; juxta S. Thomam 2. 2. *quæst.* 137. *art.* 1. *in corp.* = ibi = *Opus Virtutis potest habere bonitatem et difficultatem ex duobus. Uno quidem modo ex ipsa specie Actus etc. Alio modo ex ipsa diuturnitate temporis etc. Et ideo diu persistere in aliquo modo usque ad consumationem pertinet ad specialem Virtutem* =. Et art. 3. ad 2. = *In parvis et mediocribus DIU PERSISTERE HABET DIFFICULTATEM, et si non ex magnitudine Actus etc. saltem EX IPSA DIUTURNITATE* =; Et bene Matthæucc. *in Pract. Causar. Beatificat. tit.* 2. *cap.* 2. §. 3. *num.* 10.; ubi Heroicam Charitatem arguit ex perseveranti bonorum operum exercitio, nulla in iis operibus heroicitatis qualitate requisita.

108 Innocentia autem Vitæ et ipsa gravissimo ingenui Censoris testimonio probatur cum scribit Animadv. §. 1. = *Ven. Viri vita, cum a puerilibus annis INNOCENS ET IMPOL-*

 *LU-*

*LUTA conspiciatur etc.* Sed hæc ipsa Innocentia a puerilibus annis ad obitum usque servata, etiamsi peculiares Actus heroici deessent, per sese heroicitatem ostendit; secumque ducit, tum Theologalium, tum Cardinalium Virtutum chorum; ceu scite admonet Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 10. = ibi = *Continuatam INNOCENTIAM CERTO CONSEQUI VIRTUTES non modo THEOLOGALES, sed etiam CARDINALES etc. HEROICAM ESSE non transgredi, nec male facere cum potuit etc. id difficillimum esse cum tot in hac mortali vita suppetant peccandi occasiones* = Et num. 11. post med. = *LICET enim NON DOCEATUR DE ACTIBUS ARDUIS in particulari admirationem excitantibus, tota nihilominus VITÆ SERIES CONTINUATAQUE INNOCENTIA per integrum vitæ cursum media inter pericula peccandi, quibus expositi sunt illi, qui degunt in humanis una cum exacta observantia præceptorum, et consiliorum ARDUITATEM CONSTITUUNT, et considerantibus ADMIRATIONEM ingerunt.*

*ANIMADV. cit.* §. 11.

109 Quamobrem in ipsa etiam Animadversionis hypotesi qua fatetur præter heroicam Charitatem in aliarum Virtutum Actibus, *bonitatem* ac etiam sanctitatem videre (Animadv. §. 11.) oportet ut ex constanti perseverantia, vitæque innocentia illam quoque sanctitatem videat, quæ *admirationem cit, quoeque demonstrat Ven. Jo. Baptistam omnibus Virtutibus in gradu heroico exornatum fuisse*, licet id ad constituendum Heroem ex superius disputatis nullimode requiratur.

## DE CARNIS AFFLICTATIONE.

110 Miror adhuc de modica corporis afflictatione redargui Dei Famulum, qui suo affligendo corpori adeo studuit, ut in habitualem inciderit ægritudinem ab eo per totum vitæ spatium patientissime toleratam. Testem appello ingenuum ipsum Censorem qui *in præteritis Animadversionibus* §. 17. fassus ultro fuit = *Omnia corporis INCOMODA QUIBUS ab adolescentia PER TOTUM SUÆ VITÆ SPATIUM AFFLICTATUS EST in se irruisse, EX QUO PER MULTOS DIES A BIBENDO SE adolescens ABSTINUERIT.* Ita nimirum legimus in Proc. Apost. fol. 1145. *s'imbattè a leggere un non sò qual libro ascetico nel quale insinuati venivano diversi ATTI DI MORTIFICAZIONE da porsi in pratica; fra questi uno si era il vincere la sete, e l'astenersi dal bere. Volle Egli provarcisi ec. PER MORTIFICAR SE STESSO si asteneva dal bere. Potè praticare un tale esercizio per qualche tempo; ma cadde in uno SFINIMENTO DI FORZE, E DEBOLEZZA DI TESTA.* Nec non Summ. pag. 300. §. 3. = *LA MORTIFICAZIONE ECCESSIVA usata dal Canonico mentre era giovane SI NEL MANGIARE CHE NEL DORMIRE*

*RE non poco l'avevano* *PREGIUDICATO NELLA SALUTE specialmente una tal MORTIFICAZIONE era stata ASSAI GRANDE per essersi astenuto dal bere quando ne aveva bisogno* =. Et cit. Summ. pag. 301. in fin. et seq. = *Essendo Egli giovanetto ec. astenendosi tutto che bisognoso dal bere per molti giorni, LA SUA SALUTE SOFFRI' MOLTO DI DETRIMENTO*; non secus ac S. Bernardus qui *confitebatur se peccasse de hoc quod NIMIS CORPUS suum jejunando, et vigilando DEBILITAVIT*; apud Benedictum XIV. *lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 4. Hiccine, inquam, de modica mortificatione redarguitur qui ob immodicam in habitualem ægritudinem incidit?

111 Benedictus quidem Quartus decimus sapienter docet haud rationabiliter a Dei Servo infirmo vel sene corporis afflictationes exposci. Ita ille interrogat *lib.* 3. *Cap.* 29. *num.* 3. = *ibi* = *QUIS REQUIRERET in Servo Dei jam sene CORPORALIUM AFFLICTATIONUM USUM quem in juvenili aut virili aetate adhibuit? ECQUIS RATIONABILITER hujusmodi VERBERATIONUM USUM EXPOSCERET in Causa Servi Dei qui similis esset S. Gregorio de se ita scribenti ec.* = Fit plerumque ut uno in me tem-
» pore ardor cum dolore confligat, et Corpus in me ani-
» musque deficiat.

112 Redarguendus contra Ven. Baptista fuisset, si valetudine habitualiter ægra, eis corporis mortificationibus fuisset usus, quibus adolescens ad ipsius usque valetudinis detrimentum corpus afflixerat. Peccasset siquidem. Ex earum enim usu proprii Ministerii impedimentum derivasset. In ejus propterea Causa locum non esse abstinentiis jejuniis corporisque afflictationibus rotundis verbis edocet laudatus Benedictus XIV. *cit. lib.* 3. *Cap.* 29. *num.* 4. = ibi = *Dictum est LOCUM ESSE NON POSSE ILLIS ABSTINENTIIS, JEJUNIIS, VERBERATIONIBUS, ET CETERIS CORPORIS AFFLICTATIONIBUS, ex quarum usu proprii Ministerii, aut aliarum Virtutum impedimentum derivari potest. Sententia est S. Basilii ec. ita amplectandam nobis esse ABSTINENTIAM, UT eam CUM VIRIBUS CORPORIS COMMETIATUR*; Idque item probat sententia S. Hieronymi, S. Bernardi, S. Francisci Salesii qui affirmat = QUESTO È IL SENTIMENTO DELLA CHIESA, ac S. Thomae docentis *Quodlibet* 5. *Art.* 18. quod = *Si aliquis in tantum virtutem naturæ DEBILITET PER JEJUNIA, ET VIGILIAS, ET ALIA HUJUSMODI quod non sufficiat debita opera exequi ABSQUE DUBIO PECCAT.*

113 Et rationem prius attulerat Pontifex, qua in Canonizationis judicio necessariae absolute non sint corporis afflictationes quia eæ non sunt Virtutes; sed instrumenta Virtutum *loc. cit. n.* 1. = ibi = *Ut autem modus mortificationis carnis et corporis adhibendæ IN RE DE QUA NUNC AGITUR explicetur prænoscere opus est Corporis AFFLICTATIONES NON ESSE VIRTUTES; sed instrumenta Virtutum ideoque esse debita*

*CUM*

*CUM MODERATIONE exercendas* : *NON OPORTERE OMNES IN OMNIBUS ESSE ÆQUALES* ; *LOCUM NONNULLIS EX EIS OMNINO NON ESSE.*

ANIMAD. §. 13. 114 His sane verbis Pontifex sapientissimus nos ab onere levat demonstrandi *mediocritatem hanc*, *ut ita dicam*, *nullum requisitæ heroicitati attulisse nocumentum* = *Animad.* §. 13. = Si enim Pontifex monet non esse locum afflictationibus *in re de qua nunc agitur*, in judicio nimirum Canonizationis quod a Virtutum *heroicitate* dependet, quia *debita* CUM MODERATIONE exercendæ sunt; ut hæc moderatio, sive mediocritas nullum ad Canonizationem nocumentum affert; ita neque ad Ven. Baptistæ Canonizationem, *ECQUIS enim ERIT*, *qui idcirco a Dei Servo qui DEBILITATE stomachi*, *AUT MALA CORPORIS totius vel aliquorum membrorum AFFECTIONE LABORET tamquam NECESSARIAM PRO EJUS CANONIZATIONE omnino EXIGAT a vino ABSTINENTIAM? ec. ECQUIS ERIT qui Servum Dei carnes MODERATE comedentem reprehendere possit? ec. ECQUIS autem ERIT qui Dei Servum non Carthusianum*, *nec Minimum*, *ARGUERE RATIONABILITER POSSIT*, *SI aliquando pro victu CARNIBUS*, *ET OVIS USUS SIT?* verba sunt laudati Pontificis *cit. lib.* 3. *Cap.* 29. *num.* 3. = Ecquis erit, qui in Baptista Venerabili habitualiter laborante *di sfinimento di forze*, *e debolezza di testa* : *pregiudicato nella salute* : carnis exigat afflictationes? Non idcirco Animadversio miretur nullum fieri verbum in Actis *de INUSITATIS corporis afflictationibus* = Animad. §. 11. =

ANIMAD. §. 11. 115 Ad hujus doctrinæ facem a Lambertinio ter quaterque repetitæ, objectam exceptionem intimius perscrutemur. Fatetur quidem Censor egregius = jam nos enumerasse sane multa „ sive de passionum sensuumque jugi mortificatione, sive „ de Dei Servi constanti tollerantia tam in algoribus hye„ mis, quam in æstatis æstubus, aut in culicum morsi„ bus, aut in diutinis malæ valetudinis incommodis, sicut „ et de ipsius abstinentia ab exquisitis epulis, et similia alia; „ addit tamen = *hæc omnia* laudabilia quidem, et *pro* „ *constanti eorum habitu*, *piaque juvandi Proximi intentio*„ *ne etiam MIRABILIA sunt*; haud tamen hujusmodi, „ quæ, inusitata, et supra modum proborum Virorum, „ præsertim Sacerdotum, Missionariorum dici debeant, at„ que adeo heroicitatis gradum attigisse: „ Hactenus *Animadversio* §. 11. *in fin.*

116 Sed in idem sermo redit. Si in Canonizationis judicio probanda est Temperantiæ Virtus: Si in Causa Servi Dei mala valetudine utentis locum habere non possunt carnis afflictationes, consequens est easdem non unum esse locum ex quo heroica Temperantia sumenda sit. Et sane Benedictus XIV. agens de Temperantia *lib.* 3. *Cap.* 24. *num.* 38. cum Div. Thoma 2. 2. *quæst.* 141. *art.* 1. docet = *Temperantiam quæ quamdam moderationem importat PRÆCI-*

*PUE*

*PUE VERSARI CIRCA PASSIONES tendentes in bona sensibilia scilicet circa concupiscentiam et delectationem* = Et Art. 4. = *Temperantiam esse CIRCA DELECTATIONES CIBORUM et potuum, et circa delectationes venereas etc. et secundario circa delectationes gustus vel olfactus vel visus, et magis CIRCA GUSTUM quam circa alios sensus; Quo circa* ( idem Angelicus Art. 6. scribit ) *Temperantiam accipere necessitatem hujus vitæ sicut regulam delectabilium quibus utitur ut scilicet TANTUM EIS UTATUR QUANTUM NECESSITAS HUJUS VITÆ REQUIRIT.*

117 Hisce præhabitis ita prosequitur Pontifex *cit. Cap.* 24. *n.* 44. = *ibi* = *His generaliter præmissis ut descendamus ad ea quæ ad nostrum pertinet præsens institutum, IN CAUSIS SERVORUM DEI, de quorum Virtutibus quæritur judicium instituendum est DE VIRTUTE TEMPERANTIÆ, et ei adnexis, EA TAMEN ADHIBITA MODERATIONE ALIBI SIGNIFICATA, ut instituatur judicium, HABITA RATIONE STATUS ipsorum, et conditionis; quemadmodum advertit etiam Scacchus* de not. et sig. Sanctit. *Sect.* 4. *Cap.* 4. *n.* 281. = *Temperantiæ Christianæ sed communis, actus erunt et exercere quæ ad ipsam, et virtutes ei adnexas pertinent: HEROICÆ autem Christianæ Temperantiæ ACTUS ERUNT ea ipsa exercere, sed PROMPTE, EXPEDITE, ET DELECTABILITER, cum discrimine quoque corporalis salutis, ac vitæ ex dono Spiritus Sancti.*

118 Si ergo nos Temperantiam probavimus ex passionum sensuumque jugi mortificatione: ex constanti tollerantia in diutinis malæ valetudinis incomodis: ex abstinentia ab exquisitis epulis: similibusque = *Animad.* §. 11. *circ. fin.* = iis ex locis hujusce Virtutis probationem hausimus, ex quibus Theologi, Nostrates, Lambertinius, et ipsa Sacræ Congregationis disciplina haurienda præscribit. Ex *constanti* vero *eorum habitu* quem Censor ipse fatetur, non modo ea opera laudabilia sunt, sed etiam *inusitata et supra modum proborum Virorum exercita adeoque heroica*, quia Benedictus XIV. paulo superius docuit, actus comunis Temperantiæ ab adjunctis heroicos evadere; inter quos principem locum tenet Perseverantia; juxta Angelicum 2. 2. *quæst.* 137. *Art.* 3. *ad* 2. = ubi = *Diu persistere habet difficultatem, et si non ex magnitudine Actus saltem EX IPSA DIUTURNITATE.*

119 Qui vero repetat heroicæ Temperantiæ Actus a nobis in præterita concertatione allatos *in* 2. *Resp.* §. 222. *ad* 234. quosque *Animadversio* refert in *cit.* §. 11. facile percipit præter constantem in iis perseverantiam, alia quoque in singulis concurrere Adjuncta facilitatis, promptitudinis, delectationis, ex quibus Lambertinius docet comunis Temperantiæ Actus heroicos evadere.

120 Percipit nimirum constantem tollerantiam in perferendis algoribus hyemis, æstatis æstubus, copiosisque imbribus, fuis-

fuisse quotidianam et perennem; utpote qui *portavasi frequentemente, e posso dire OGNI GIORNO, a visitare gli Ospedali, non trattenendolo punto o l'eccessivo caldo dell' estate, o il freddo dell'inverno, le pioggie, le strade fangose, od altra intemperie dell'aria, o delle stagioni*; eamque tolleramtiam fuisse tantam, *che vedendolo passare i Bottegari in Banchi, e nelle vicinanze del Ponte, RIMANEVANO AMMIRATI della sua Carità considerando l'incomodo grave che doveva soffrire*. Præter autem hæc quotidiana itinera ad Urbis Nosocomia, quocumque eum vocassent ad audiendas Confessiones per domos etiam dissitas, quamquam *in età gia avanzata, la salute di molto indebolità, gl'incomodi non erano leggieri, nulladimeno PRONTO ERA AL BISOGNO . . . . non badando all'inclemenza dell'aria, all'intemperie delle stagioni; Jo non ho potuto mai capire* ( Inquit Testis I. Proc. Ord. ) *senza ricorrere ad un PRODIGIO come potesse camminare tutto giorno da un polo all'altro della Città SENZA VENIR MENO IN TANTE FATICHE*: ex Testibus allatis in 2. *Resp.* §. 224.

121 Qui tollerantiam advertit in sustinendis vel cimicum vel aliorum insectorum morsibus, facile percipit ab illorum multitudine, et a voluntaria ac numquam impedita eorum molesta punctione, Actum fuisse heroicum, qui aliorum etiam admirationem civit. Nam *prese perfino motivo di mortificarsi, COME ancor SI LEGGE DI S. FRANCESCO DI SALES, da certi animaletti importuni ec. non risentendosi mai alle continue molestissime punture, nè usando la menoma diligenza di purgarsene; si lasciava anzi da questi divorare in maniera, che la Priora della Trinità SE NE STUPIVA ALTAMENTE perchè in lavandogli la biancheria vedeva tutte le volte CAMBIARSI LE ACQUE COME IN ALTRETTANTO SANGUE*; ut in cit. *secunda Resp. pag.* 96.

122 Qui studium advertit juvandi ægrotos omnes *phthysi* correptos, posthabito suæ valetudinis mortisque periculo, quo licet sit *l'Etisia un male facile a comunicarsi, e che per se stesso è assai ributtante e schifoso, tamen il Canonico De Rossi CON MAGGIORE IMPEGNO s'impiegava a favore de' medesimi, e diceva ESSER QUESTI DI SUA PERTINENZA*; ut in cit. d. *Resp.* §. 225. is facile percipit in tanto tamque ingenti labore delectationem illam *cum discrimine quoque corporalis salutis ac vitæ dono Spiritus Sancti*, quam inter cæteros heroicæ Temperantiæ Actus, veluti splendidiorem, Benedictus Quartusdecimus retulit.

123 Qui abstinentiam advertit a cibo, eam tantam fuisse percipiet, ut quotidie Dei Famulus servasse jejunium videatur. In prandio enim, aut *se la passava ordinariamente con un pancotto*, aut aliquando addebat *piccola porzione di lesso lasciando tutt'altro che a Lui si fosse portato*. = *Solito era nella sera di non prendere se non che una semplice pappa* et licet in missionibus *fosse stimolato di gustare alcun po-*

co

co o di un piatto o di un'altro, *NON MAI VI SI POTE' INDURRE*; ut in 2. *Resp.* §. 227. = Quemnam quæso magis heroicum Temperantiæ Actum exoptas quam quotidianam Abstinentiam, aque jejunium?

124 Qui item abstinentiam a vino tantisper advertat in homine habitualiter aegroto atque languido ad fovendum stomacum necessario; facile item heroicitatem percipiet; *Nam la sua bevanda era d'acqua mischiata con tanto poco di di vino, che si poteva dire senza dubio acqua vinata*; ut in cit. 2. *Resp. pag.* 98 §. 229.

125 Qui rigidam illius sensuum custodiam advertit; Eum facile heroem percipit; qui ab ipsis licitis recreationibus hominumque consortio sese abstinebat, utpote *modesto e composto nel portamento, lontano dalle vane curiosità; cauto nel custodire i proprii sentimenti; e specialmente gli occhi e la lingua, umile come quello che niun conto di se faceva*; in cit. *d. Resp. pag.* 98. §. 230.

126 Qui summa licet rigente hyeme ad tollerandum frigoris rigorem eum numquam Chirothecis usum advertit, Eum facile percipiet cæterorum morem excessisse, qui *mai usò l'invernai guanti o manicotti*, licet *talmente intirizzito che LE MANI scoperte al rigor del freddo gli si cambiavano IN COLOR PAONAZZO E POCO MENO CHE NERO* : : : : *giacchè moriva di freddo . . . . nell'inverno pativa per il freddo nelle* MANI *che erano* GONFIE *e piene di geloni*; ut in 2. *Resp. pag.* 99. §. 231.

127 Inter hæc haud prætereundum retulisse Sacerdotem Bongiacci S. M. in Cosmedin Beneficiatum quod *nell' ajutarlo a levare il giustacore gli vedevo talvolta fargli alcun moto, il quale mi faceva sospettare, che Egli* CINGESSE ALLE CARNI QUALCHE CILIZIO; ut in cit. 2. *Resp. pag.* 99. §. 232.

128 Quum igitur memorati Actus vel eorum arduitate, vel adjunctis, juxta Lambertinium totidem sint heroicæ Temperantiæ argumenta, consequens est ea non ad *excusationem* pertinere, sed ad *heroicitatem* = Animad. §. 13. = ita ut si exceptionis auctor alium præbeat Sacerdotem, et Missionarium Vener. Baptistæ similem, alium præbebit HEROEM. *ANIMAD.* §. 13.

129 Causa juxta præstitutas regulas dicta fuisset, nisi Animadversio ultra regulas novum et hactenus inauditum rigorem studuisset inducere, cum majorem certioremque elucidationem exposcit, corporis mortificationes compensatas fuisse incommodis aliis, et laboribus, quos Dei Famulus ad Animarum salutem obibat = *Animad.* §. 12. = Nova inquam regula novusque Canon, Si enim Benedicto XIV. fides, Corporis mortificationes compensantur non novis laboribus qui infirmum jam corpus infirmius reddant, sed PATIENTIA in malæ valetudinis incommodis perferendis, quam in Dei Famulo plene probavimus in *Elench. Tit. de* *ANIMAD.* §. 12.

G For-

*Fortitudine pag.* 182, §. 143. ad quam virtutem pertinere docet idem Pontifex *lib.* 3. *Cap.* 24. *num.* 34.

130 Sed extra rem cum Animadversione vagemur. Si labores ad juvandos Proximos, ægra non obstante infirmaque valetudine, a Dei Viro susceptos exponere vellemus opus esset iterum Summarium cudere. Hujus enim rei plena sunt Acta plenæque Testium voces. Tota quippe vita Baptistæ Venerabilis ab adolescentia ad obitum, nil aliud fuit, nisi labor et dolor. Id jam Animadversor sapientissimus novit cum in anteacta concertatione Dei Famulum sui *propositi tenacem redarguit*, *quod nihil de sua salute sollicitus* contra amicorum consilium *a sustinendis laboribus* ad juvandos Proximos *numquam remiserit*; mutuata censura a Sacerdote Calidi *ex Sum. pag.* 124. §. 87. qui in novis *Animad.* §. 17. ait = *Vedendo i suoi confidenti, ch'Egli* FATIGAVA DI TROPPO; E TROPPO SI STRAPAZZAVA PER GIOVARE I SUOI PROSSIMI *l'avvertirono di non esporsi a tanti* PERICOLI MANIFESTI DI ALTERAR LA SALUTE, E DI PERDER LA VITA; *ma Egli con un sorriso rispondeva loro che per arrivar presto ad un luogo si fanno ben spesso delle accorciatoje*. Post hæc quonam jure Animadversio modo a nobis majorem postulat, certioremque elucidationem, Dei Famulum corporis mortificationes compensasse laboribus quos ad Animarum salutem obibat? *Animad. cit.* §. 12. = Major certiorque dari elucidatio non potest, quam ipsa adversarii confessio.

131 Laborem tamen ne recusasse videar, alios addam Testes, quorum obruor multitudine. Ita

Cl. me: Cardinalis Garampi Testis X. *Proc. Apost. Sum. pag.* 67. §. 106. = ibi = Era il Servo di Dio di una „ *costituzione di corpo assai gracile*; *Era ancora cagionevole di salute*. Ciò non ostante per la salute delle anime *non ricusava fatiche*, *ed esponevasi a qualunque incommodo*. A vero dire sempre mi sono maravigliato come potesse il buon Canonico in ogni stagione per qualunque tempo non ostante le intemperie delle strade, e dell' aria, sostener le fatighe di lungo cammino ne' luoghi più remoti di Roma, non solamente portandosi a visitar gli Ospedali, che tanto sono fra loro distanti, ma con esser pronto, e preparato ad accorrere per assistere Poveri, ed ignoti Infermi in qualunque luogo, ancor più lontano = Et §. 107. = *Non vi era cosa che raffreddar potesse la di Lui carità*, *e non ostante gl' incommodi di salute*, *in questa si esercitava*. Quindi è che *trovandosi indisposto in letto*, se la malattia non era sì grave, che gl' impedisse di agire, non ricusava punto, anzi era prontissimo di ascoltar le confessioni di quei penitenti che da Lui ricorrevano. = *Et pag.* 68. §. 112. = „ Non era il suo zelo ristretto alla sola città di Roma, ma si estendeva ancora ad altri luoghi, e Provincie, ove in ciascun anno con altri degni Ecclesiastici portavasi or

da

„ da una parte, or dall' altra per le sante Missioni. Io non
„ sono stato seco, ma da quello ho inteso da' suoi compa-
„ gni, rimango pienamente informato delle *fatiche* alle
„ quali *tuttochè avanzato negli anni, e cagionevole di salu-*
„ *te* si assoggettava per vantaggio de' prossimi.

I. Testis Proc. Apost. *Sum. pag.* 110. §. 2. = ibi = *Non*
„ *curava Egli fatica ed incommodo* quando si fosse trattato
„ della gloria di Dio, e della salute delle anime, pronto
„ era ad impiegare la sua opera *a costo ancora di gravi*
„ *patimenti.* Quel tenore di vita abbracciato nella fresca sua
„ età, fu da lui mantenuto *sino all' ultima vecchiezza.* = Et
„ §. 3. = Le sue fatiche erano tali e tante, che mi *faceva*
„ *specie* alle volte *come Egli potesse reggere*, e credevamo
„ come si diceva fra noi suoi compagni, che Ei vi potes-
„ se reggere, atteso un particolare divino ajuto. = *Et pag.*
286. §. 2. = Era Egli dalle fatiche, dall' età, *e dagli in-*
„ *commodi abituali di salute assai estenuato, ed abbattuto*;
„ *nulladimeno non tralasciava* per quanto gli permettevano
„ le forze *d' impiegarsi a benefizio de' Prossimi.* Quindi in-
„ torno agli ultimi anni dell' età sua godeva di portarsi con
„ noi nei mesi di autunno alle missioni, che si facevano
„ ora in un luogo, ora in un' altro, sempre peraltro in
„ Paesi disastrosi, e piccoli, ne' quali per lo più manca-
„ vano le cose adattate ad un proprio e decente sostenta-
„ mento, anzichè mancavan talvolta le cose necessarie, e
„ bisognava abitare in piccole case malguardate, nelle qua-
„ li non venivano riparate a sufficienza l' intemperie dell'
„ aria. *Incommodi son questi di molestia ad un giovane,*
„ *ma molto più gravi ad un vecchio estenuato dalle fatiche*
„ com' era il Canonico De Rossi. Mi ricordo in qualche oc-
„ casione appunto negli ultimi anni ne' quali Egli venne
„ con noi non mancò chi al vederlo giungere credette aver
„ il Canonico De Rossi *aspetto più di Cadavere che di*
„ *Missionario.* E pure inesplicabile fu la *giojalità, ed il go-*
„ *dimento* da Lui mostrato, quasi che punto non sentisse
„ incommodi. = *Et pag.* 287. §. 6. = Se si riflette a quan-
„ to Egli ha operato per i poveri di S. Galla per istruire ne
„ tempi opportuni Contadini, Buttari, Pastori, Fienaroli,
„ Mietitori, Vetturini, Pescivendoli, Carcerati, Birri, ed
„ altra simil sorta di Gente *comprenderassi di qual fortezza*
„ *fosse Egli fornito.* Assiduo nel confessare, assiduo nel vi-
„ sitare gl' Infermi, quantunque si trattasse di mali pesti-
„ lenziali, come tisici, e simili, pronto Egli era ne' bi-
„ sogni, e di notte, e di giorno, ed in qualunque stagio-
„ ne *non ostante il grave incommodo*, che necessariamente
„ soffrir doveva.

III. Testis *cit. Proc. Apost. Sum. pag.* 300. *post* §. 1. =
„ Quando io conobbi il Canonico De Rossi era *assai mal'an-*
„ *dato di salute* = Et §. 5. = Può dirsi che la sua vita fosse
„ un continuo esercizio di Fortezza, poichè impiegandosi
„ in beneficio de' Prossimi, e per la maggior gloria di Dio

 non

" *non curava punto gl' incommodi, e detrimenti della pro-*
" *pria salute.*

V. Testis *Proc. cit. Sum. pag.* 115. §. 33. = Fu sem-
" pre intento a procurare non solamente la propria, ma
" ancora l' altrui Santificazione. *Nulla curava gl' incommo-*
" *di, e le fatiche* alle quali doveva assoggettarsi per un tal
" fine. = *Et* §. 35. = Era Egli *di cagionevole salute spesso sog-*
" *getto ad incommodi di salute, e malattie*, ma queste non
" erano capaci di punto alterare la quiete del suo spirito,
" e quella tranquillità che gli traluceva sul volto. =

VII. Testis *Proc. cit. Sum. pag.* 116. §. 42. = Nelle ope-
" re di carità Egli era istancabile, ed in mezzo alle più
" gravi fatiche, ed incommodi sostenuti per la gloria di
" Dio, per la salute de' Prossimi *si vedeva sempre allegro*
" *e tranquillo* senza punto turbare la sua pace, e senza mai
" mostrar tedio, e rincrescimento, anzi chè quanto più
" ei faticava, tanto maggiormente s' infervoriva a far cose
" maggiori. = *Et pag.* 302. §. 17. = Astenendosi tuttochè
" bisognoso dal bere per molti giorni *la sua salute soffrì*
" *molto di detrimento, e risentissene per tutto il tempo di*
" *sua vita*: le gravi fatiche, li gravi incommodi intrapre-
" si, e sofferti a benefizio de' Prossimi ec. ben dimostra-
" no la di Lui Temperanza.

XIII. Testis Canonicus Coselli V. S. D. Confessarius
*Sum. pag.* 121. §. 64. *et* 65. = A ritirar le anime dalla po-
" testà dell' infernale nemico, e rimetterle sul buon sentie-
" ro e disporle per ottenere l' eterna salvezza eran tutte di-
" rette le sue mire. Per far ciò *non prezzava incommodi,*
" *stenti, e fatiche, non lo ritenevano le abituali indisposi-*
" *zioni, la distanza de' luoghi, le intemperie* delle stagioni,
" l' avanzata sua età. = *Et pag.* 292. §. 32. *et seq.* = Il con-
" fessare ad ore commode, il far Catechismi interpolata-
" mente senza che l' individuo ne senta aggravio, ed altri
" simili Esercizj, si possono fare senza che la Persona che
" agisce molto risenta in se. Ma il confessare assiduamen-
" te in tutte le occasioni, in tutti i tempi, il trasferirsi da
" un luogo all' altro in qualunque siasi stagione, in qua-
" lunque intemperie; l' operare assiduamente o in Catechi-
" smi, o in Istruzioni, o in altre simili operazioni di cri-
" stiana pietà come facevasi dal Canonico De Rossi ben di-
" mostrano un' animo fornito non già di una fortezza co-
" mune, ed ordinaria, ma bensì di una Fortezza sublime
" ed eroica. *S' aggiunga a tutto questo l' età avanzata, gl'*
" *incommodi di salute, e l' estenuazione della persona*, non
" ostanti le quali circostanze Egli sempre ha continuato ad
" operare, ed agire. = *Et pag.* 293. post narratas quotidia-
" nas visitationes infirmorum in publicis Nosocomiis ad-
" dit §. 38. = Tornando a casa *stanco e rifinito*, se trovava
" la chiamata per portarsi da qualche altro Infermo, *tan-*
" *tosto si metteva in viaggio.*

XVIII.

XVIII. Testis *cit. Proc. Apost. Sum. pag.* 356. §. 68. = 
,, Per qualche anno si videro i preludj della morte non lon-
,, tana. Imperciocchè circa la metà d'Ottobre dell' anno 1762.
,, fu *sorpreso da una gran debolezza nelle gambe*, onde a
,, grande stento poteva esercitarsi nelle consuete opere di
,, pietà. = *Et* §. 70. = E siccome quantunque *indebolito di*
,, *forze*, *e molto incommodato nella salute* non era per al-
,, tro astretto a guardare il letto, perciò *continuava ad im-*
,, *piegarsi* in far del bene, ed assistere i suoi Prossimi in quan-
,, to poteva. Quindi prestava gli opportuni ajuti ai poveri,
,, ed infermi vicini, udiva le confessioni nella sua came-
,, ra, e *proseguì a farlo sino alla morte*. Fece Egli in que-
,, sto tempo molto bene.

I. Testis *Proc. Ord.* = post narratos diutinos Apostolicos labores V. S. D. *Sum. pag.* 294. §. 45. = Egli solo le intra-
,, prese tutte (Apostolica munia) con coraggio, e giojali-
,, tà, e le proseguì *fino agli ultimi di sua vita*, e se altri
,, in ciascuna di queste cose si sarebbe segnalato nella virtù
,, della fortezza, incomparabilmente gli si doveva segnala-
,, re il Canonico De Rossi *attesa la sua gracilissima com-*
,, *plessione*, *la sua salute cagionevole*, *e tanti altri incom-*
,, *modi che pativa*, tanto più ancora, che dovette in tutte
,, queste opere aver occasione di spendervi del denaro per
,, ovviare a mille disordini, ed incontrare anche degli osta-
,, coli. = *Et pag.* 295. §. 34. = Riprova incontrastabile di
,, fortezza fu quella di sostenere *innumerabili*, *e straordi-*
,, *narie fatiche per tante opere di carità*, come ho detto
,, di sopra, ed io posso dire che le sostenne sempre *con*
,, *genio*, *e con ilarità fino alla morte*, *tantochè non si ri-*
,, *stette mai nè per incommodi di* stagione, nè per lunghezza
,, di tempo, *nè per malattia*, *operando talora anche in-*
,, *commodato dalla febbre non desistendo nelle stesse sue*
,, *malattie di confessare continuamente* in stanza, ed *in let-*
,, *to*, *ESSENDO ARRIVATO PERFINO A GETTAR*
,, *SANGUE DALLA BOCCA PER LE OPERE DI CA-*
,, *RITA'*, come me lo ha fatto costare il Sig. Abbate Micheli
,, Segretario della Sagra Penitenzieria, che disse esser ciò
,, seguito in sua presenza; *pag.* 356.

Coherent ceteri Testes *Sum. pag.* 119. §. 56. *pag.* 124. §. 86. *pag.* 292. §. 35. *pag.* 288. §. 13. *alibique passim.*

132 In tot tantisque laboribus adeo constanter Dei Famulus inter ægritudinum molestias perseveravit, ut iis nonnisi mors finem imposuerit; Nam *il principio del male fu UN COLPO DI APOPLESIA*, *che lo privò de' sensi*, *e questo fu alcuni mesi prima di morire. Prestati li necessarj ajuti ricuperò i sentimenti*, *e si riebbe alquanto*, *sicchè fu in grado di poter agire ec. non uscendo dall' Ospizio. Quivi CON TUTTO CHE CAGIONEVOLE*, *PURE APPLICAVASI A VANTAGGIO DE' POVERI*, *ED A VANTAGGIO DELLE ANIME*, *ASSIDUO nel confessare*, *assiduo nell' ascoltare tutti quelli*, *che a Lui ricorrevano*: in-

quit

quit Testis V. Sum. pag. 355, §. 62. *et seq.* instar S. Philippi Nerii, qui licet ægrotus *ascoltò sempre le confessioni de' suoi Penitenti ec. E se quelli di casa gli dicevano che desistesse per esser infermo, esso rispondeva, che lo lasciassero fare ec. TANTO ERA IL DESIDERIO della salute altrui*; refert Baccius in Ejus *vita lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 16. =

133. Imo vero Ven. Baptista pridie mortis morbo licet ingravescente antequam sensus amitteret a sacris audiendis confessionibus non cessavit; uti refert Testis VIII. *Sum. pag.* 351. §. 31. = ibi = *Sul fine di Maggio dell' anno* 1764. *fù in una sera osservato qualche cambiamento in Esso. CIO' NON OSTANTE EGLI CONFESSO' ALCUNI AL SUO SOLITO, e mi ricordo, che fra gli altri anch' io dal medesimo mi riconciliai. NON MOLTO DOPO SORPRESO FU DA COLPO DI APOPLESIA più violento, CHE NELLA SEGUENTE MATTINA LO TOLSE DI VITA.*

134 Sed jam Sapientissimi Judices in Ven. Baptista intuentur *languidum conari, et aggredi quœcumque vellet, minus considerare quid posset. Semper enim priora sua nulla reputans, majora moliebatur AD NON PARCENDUM CORPORI, AD STUDIIS SPIRITUALIBUS ADDENDUM etc. conversationem ejus homines Medici mirabantur, TANTAMQUE VIM Eum in se ipso causabantur INFERRE NATURÆ AC SI AGNUS AD ARATRUM ALLIGATUS ARARE COGERETUR*; verba sunt Guillelmi Abbatis de S. Bernardo *in ejus Vita lib.* 1. *cap.* 8.

135 Id vero probatum habent consultissimi Patres factis, ac gravissimorum Virorum testimoniis, qui narrata videre; non jam oratoriis amplificationibus, ac ratiociniis, quemadmodum *Animadversio* monebat §. 13., perinde ac si non docuerit Tullius ex ipsa præstantia virtutum gigni splendorem in verbis: *de Orat. num.* 34. *lib.* 3. 31.; et perinde ac si valedicere debeamus rationi et ratiocinio, quo nihil præstantius in homine, quoque judicia ab externis ideis concludimus; ceu ponderat Lockius *in* 4. *de Intellectu humano cap.* 1. = Quamobrem a circumstantiis, quæ nobis oculati Testes referunt, de hujus alteriusve Virtutis heroicitate judicium efformamus; quia *ratiocinio conamur ignotum ad notum ferre*; inquit Genuensius *Art. Logic. lib. V. de usu ratiocinii cap.* 1. §. 17.

*ANIMADV.* §. 13.

136 Sed nec ipsis factis a Testibus enarratis Animadversio contenta, præter hæc, et exempla petit aliorum Sanctorum, qui ob malam valetudinem a corporis afflictatione temperaverint = *Animad. cit.* §. 13. = Nonne ex Benedicto XIV. exemplum attulimus *S. Gregorii* plerumque corporis dolore afflictati, a quo haud rationabiliter affirmat Pontifex exposci posse corporis afflictationes? *lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 3.; ac de quo refert Ecclesia in ejus Actis ad *diem* 12. *Martii* in Breviar. = *Admirabilia sunt quæ dixit, fecit etc. præsertim infirma semper et ægra valetudine.*

*ANIMADV. cit.* §. 13.

At

137 At domestico ut utar exemplo Causæ juxta hodiernam disciplinam in hoc Sacro Foro jam judicatæ, illud affero Causæ Toletanæ *Ven. Thomæ a Virgine* Ordinis Discalceatorum SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum, qui quum per quadraginta annos mala semper valetudine usus fuerit, nemini in mentem venit corporis afflictationis defectum objicere, uti constat *ex Positionibus* illius Causæ *anni* 1797. *et anni* 1805.: Ejus autem heroica *Temperantia* probata fuit EX vigilantia contra carnis cupiditates, EX solitudinis studio: EX oculorum custodia: EX castigato gustu in sumendo necessario cibo: EX vitatis otiosis conversationibus: EX servato silentio: EX ejus denique humilitate; uti patet ex *Informat. in cit. Causa pag.* 102. *ad* 104.

138 Nihilo tamen minus in sueto triplici Virtutum examine objectum numquam fuit (ut in nostra dolemus) *laudabilia hæc esse non tamen hujusmodi quæ inusitata dici debeant, et heroicitatis gradum attigisse* = Animad. *cit.* §. 13. *in fin.* = Imo vero ex ipsa *Patientia in morbis*, quam Raynaudus *de Martyr. per pest. part.* 1. *cap.* 2. *Oper. Tom.* 18. *pag.* 374. = *MARTYRII DECUS* appellat, adeo cæteræ virtutes emicuerunt, ut constiterit Dei Famulum per diuturnam ægritudinem Christianarum omnium virtutum perfectionem fuisse adeptum. Quamobrem Summus Pontifex PIUS VII. de ejusdem V. S. D. Thomæ a Virgine Virtutibus constare decrevit in gradu heroico; decreto lato X. *Kalendas Octobris* 1805, quod exorditur Sententia S. Gregorii Nazianzieni in distic. = ibi = *Sicut aurum in fornace, ita vir bonus afflictione exploratur. Hac sane probatione a Deo tentatus Ven. Thomas a Virgine VIRTUTUM OMNIUM Christianarum PERFECTIONEM PER diuturnam quadraginta annorum ÆGRITUDINEM ADEPTUS EST etc.* Quo quidem in Decreto ideo motum Pontificem fuisse legitur, quia = Proposita Causa in Generalibus Comitiis *tam per Emos Cardinales, quam per Consultores subtiliori indagine discussæ* (Virtutes) *ex suffragiorum concursu PLENAM LAUDEM HEROICITATIS ad unamquamque Virtutem in Christiano Homine ostendendam promeruerunt.* Ubi par est ratio, par debet esse judicium.

139 Quæ quum ita sint, frustraneum est comparationem instituere inter Sanctitatem S. Philippi Nerii, ac illam Baptistæ Venerabilis, ad quam *Animadversio* provocat §. 13. = tum quia non singulis Sanctis unæ eædemque se præbent hanc vel illam exercendi Virtutem occasiones; tum quia, ut egregius Censor affirmat, non eadem in omnibus Sanctitatis mensura exigenda est, quia Sanctus merito differt a Sancto, ut stella claritate differt a stella - *Animad. cit.* §. 13. = *ANIMADV. cit.* §. 13.

14 Secus enim animadvertere possemus, quod S. Philippus Nerius *STIMAVA molto PIU' QUELLI che ATTENDENDO MODERATAMENTE ALLA MORTIFICAZIONE del corpo ponevano ogni loro studio in mortificar principalmente la volontà, e l'intelletto, anche nelle cose*

*mi-*

*minime, che quelli, li quali si davano solamente alle asprezze e austerità corporali*; inquit Baccius in Ejus Vita *lib.* 2. 14. *num.* 11. = Advertere item possemus, S. Philippum, licet quolibet fere anno acuto alicui morbo obnoxium, ut *in cit. Ejus Vita lib.* 2. *Cap.* 20. *num.* 16., nullo tamen chronico, seu *habituali* incomodo laborasse, præter supernaturalem palpitationem ob ardorem Charitatis in Deum, quo ejus cor æstuabat dum Sacra perageret; *loc. cit. lib.* 1. *Cap.* 4. §. 4. = ibi = *Ancorchè ei fosse di CORPO BEN ABITUATO, di conversazione allegra ec. gli cominciò la palpitazione del cuore, SOLENDOGLI OCCORRERE SOLAMENTE quando faceva qualche azione spirituale*; Contra vero Ven. Baptista ex nimio afflictandi corporis studio ab adolescentia irruit in habitualem *sfinimento di forze, e debolezza di testa, e la sua salute soffrì molto di detrimento* = Proc. Apost. fol. 1145. et *in Summ. pag.* 300. §. 3. *et pag.* 301. *in fin. et seq.* = Quum ergo non eædem concurrant circumstantiæ institui comparatio non potest.

141 Si quis vero ea, quæ paulo ante de Ven. Baptistæ Temperantia retulimus tantisper recolat, facile assequetur Eum, ut animarum zelo, et arctissima sensuum custodia, ita et heroica abstinentia a cibo potuque S. Philippum Nerium fuisse perfecte æmulatum. Si enim de S. Philippo prædicatur quotidiani cibi tenuitate visum fuisse perpetuum servasse jejunium; ut *in cit. Vita lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 1. *ad* 3.; idem prædicatur a Testibus de Ven. Baptista, ceu superius innuimus ex *Sum. pag.* 75. §. 159. = ubi = *Da pranzo ec. Egli se la passava ordinariamente con un pancotto* = Et pag. 308. init. = *Il suo pranzo consisteva nella sola minestra, e piccola porzione di lesso lasciando tutt' altro che a lui si fosse portato, sul motivo, o a meglio dire pretesto di non causare a lui indigestione ec. ma era rifiutato a solo motivo di Temperanza . . . la sua Cena consisteva in una bibita d' acqua per lo più, ed una pappa.* Tandem si S. Philippus Nerius *nel bere era parcissimo ec. nel vino metteva tant' acqua, che piuttosto si poteva dire ACQUA AVVINATA.* = loc. cit. *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 4. = Ita de Ven. Baptista deponunt Testes, quod *la sua bevanda era d' acqua mischiata con tanto poco di vino, che si poteva dire senza dubio ACQUA VINATA.* = *Sum. pag.* 308. §. 51. *pag.* 303. §. 24. *pag.* 300. §. 8.

## DE CETERIS OBJECTIS IN V. S. D. VIRTUTES.

142 Quemadmodum ex hactenus objectis, velut ignis e silice, Virtutum fulgor erupit, ita ex ceteris ab *Animadversione* cumulatis §. 12. *et seq.* Et primo objicitur memoratum legi *in Sum. pag.* 36. quod = *Non confessava il dopo pranzo per gl' incomodi*; = Addendum tamen erat id memoratum fuisse de tempore dumtaxat Missionum, in quibus Is pomeridianis horis Sacram Cathechesim Populo tradebat; qua

non obstante, si accitus, promptus ad ægros accurrebat. Dum enim Romæ erat post prandium Nosocomia circuibat ad audiendas infirmorum confessiones. En integer objectus Contextus *Sum. pag.* 36. exadv. cit. §. 33. et seq. = ibi = *NELLE MISSIONI FUORI DI ROMA . . . si applicava ad udire le Confessioni impiegandovi molte ore, cioè fino al tempo destinato al pranzo. Dopo questo ordinariamente non confessava a motivo de' suoi incommodi. Bensì all' ora destinata faceva il Catechismo. NON OSTANTI PERO' I DETTI INCOMMODI, se era chiamato da qualche Infermo PER UDIR LA CONFESSIONE, EI PRONTAMENTE VI SI PORTAVA, come faceva anche in Roma portandosi nel dopo pranzo a visitare gl' Infermi ne' publici Ospedali, e sentirne le Confessioni.*

143 Sed addis, quod solebat vespere invitatus ab aliquo pio Amico *andare a far quattro passi o verso S. Alessio ec. o a Porta Salara, o in altra parte remota* Animad. cit. §. 12. Sciscitor equidem utrum Sanctis nefas sit naturales vitalesque functiones peragere, ita ut componi cum Sanctitate non possit deambulare, perque loca remota spatiari? Verum si contextum legas ad quem provocor *pag.* 13. facile intelliges id aliquando contingere consuevisse, non ad re :reandum animum, quo tamen honestius nihil, cum *li discorsi erano o di materie spirituali, o indifferenti*; *pag. cit. circ. fin.* non secus ac illi quos conferebant ad invicem ambulantes discipuli, quibus Christus Dominus se comitem junxit; *Luc. Cap.* 24. = sed occasione data, cum habita Cathechesi ad Pauperes in Hospitio S. Gallæ cunctandum erat per finitima loca, donec adesset hora in idem Hospitium redeundi ad alia prosequenda Charitatis officia; Ita Testis = *ibid.* = *Accadeva che portatici all' Ospizio di S. Galla per fare il Catechismo secondo il turno, sbrigato questo si andava unitamente al Canonico De Rossi a dar quattro passi VERSO LA SALARA* ( trans Basilicam S. M. in Cosmedin, *non Porta Salara*) *o altra remota parte FACENDOSI FRATTANTO ORA DA RITORNARE AL MEDESIMO OSPIZIO per gli altri esercizj di Cristiana Pietà.*

144 Quin vero Animadversio Dei Famulo criminetur olim cum altero ex Parochis Urbis Teste VI. deambulasse *verso Sant' Alessio Sum. pag.* 58. *exadv. cit. Animad.* §. 12. = demirari potius debuisset supernaturale ejusdem V. S. D. donum remota et occulta penetrandi. Legimus enim *ibidem*, quod = *Una volta andando seco a spasso verso S. Alessio ALL' IMPROVISO il Canonico De Rossi mi DISSE DI SOLLECITARE IL CAMMINO. In fatti accelerassimo il passo, e giunti nelle vicinanze di S. Galla Egli entrò in una Casa, ed io andai seco, E VI SI TROVO' UN MORIBONDO IL QUALE VENNE ASSISTITO DAL CANONICO, E POCO DOPO MORI' . . . A me parve quando viddi l' infermo, che non fosse in uno stato tanto pericoloso, che esigesse la raccomandazione dell' Anima, ed*

H indi-

*indicasse una prossima morte . . . Credetti che il Canonico CON LUME SOPRANATURALE AVESSE CONOSCIUTO IL BISOGNO DEL MORIBONDO , il quale senza di ciò mi figuro, che sarebbe morto senza assistenza , sì perchè noi non vi trovassimo verun Sacerdote ; sì ancora perchè, come di sopra ho detto , non mi pareva , che il di lui aspetto indicasse una prossima ruina. Ho sentito più volte esser l' istessa cosa accaduta ec.*

145 Animarum quoque zelum Canonici Venerabilis Animadversio inde miretur quod *si portava a S. Gregorio coi Fanciulli per farli giuocare, e giuocava Egli stesso* = *Animad. cit.* §. 12. *ex Sum. pag.* 23 ; ubi ita se gessisse patet cum discipulis Romani Collegii diebus feriatis a studiis, ut eos ad Charitatem erga infirmos alliceret , atque ab otio , vanisque conversationibus removeret ; uti deponit *V. Testis* Archipresbyter S. Mariæ ad Martyres *cit. Sum. pag.* 23. = ibi = *Si portava ne' giorni delle vacanze COI FANCIULLI delle Scuole ( del Collegio Romano) ALL' OSPEDALE DELLA CONSOLAZIOE , e fra questi vi ero ancor io ; accompagnava i sudetti Fanciulli alla Madonna de Cerchi per LA RECITA DELLE LITANIE , ed io parimenti lo seguitavo. Finalmente ne' medesimi giorni portava i sudetti Fanciulli nel Chiostro de' Padri di S. Gregorio per farli divertire in qualche giuoco innocente , e proporzionato alla loro età , ed io pure v' intervenivo ; anzi mi ricordo che Egli ancora giuocava con noi facendosi fanciullo coi fanciulli.*

146 Nec mirum tanto zelo Dei Famulum se gessisse erga adolescentulos, qui , ipso fatente Censore = *Animad.* §. 13. = *S. Philippum Nerium veluti exemplar ad imitandum sibi proposuisse visus est.* Nam de Illo etiam legimus quod *Quantunque fosse di età grave e per le soverchie fatiche di forze corporali già destituto , nondimeno si vedeva il Santo ANDAR bene spesso PER ROMA CON UNA COMITIVA DI GIOVANI ec. e molte volte LI CONDUCEVA in qualche luogo aperto , e quivi li FACEVA GIUOCARE insieme a diversi giuochi, come alle piastrelle, o al pallamaglio , e simili. Anzi EGLI MEDESIMO SOLEVA DAR PRINCIPIO AL GIUOCO*; ut in Ejus Vita lib. 2. cap. 7. num. 2. et num. 5. = *La pazienza poi che Filippo aveva coi Giovani per tenerli lontani dal peccato , era indicibile. Sicchè sopportava il Sant' Uomo , che facessero eziandio vicino alla sua stanza qualsivoglia rumore* , inquiens = Burlate pure , e state allegramente , perchè altro non voglio da Voi » se non che non facciate peccati. = *LI FACEVA GIUOCARE ALLA PALLA AVANTI LA SUA CAMERA acchiocchè non avessero occasione di andare altrove.* = Et num. 13. = *Nel tempo del Carnevale per levar loro l' occasione di andare al Corso , o alle Comedie lascive , era solito di far fare delle Rappresentazioni.*

147 Eo-

147 Eodem quoque Animarum zelo succensus S. Franciscus Xaverius *ludentibus de industria superveniebat, se illorum lusibus et consuetudine delectari simulans. Si quis ejus interventu verecundiaque desisteret a lusu, comiter eum ad Vitæ hilaritatem revocabat, se quoque talis oblectationis studio teneri; milites utique Monachorum ritu vivere non debere, si nulla intercederet injuria Divini Nominis, satius esse ludere, quam detrahere de aliis, aut quidpiam patrare flagitii*; verba sunt Tursellini in Ejus Vita *lib. 6. Cap. X. pag. 272. edit. Rom.* 1596.

148 Fandi copia deest, ubi littera loquitur. Legenti enim quod quum Missionum Socii per aliquot dies Reate subsistere consueverint, antequam ad Missiones pergerent, et *questo trattenimento poteva prendersi per un sollievo, onde fossimo più disposti alle seguenti fatiche, ma LA CARITA' DEL CANONICO DE ROSSI NON PERMETTEVAGLI DI STAR OZIOSO. Quindi in quei pochi giorni davasi tutto il pensiero di FAR DEL BENE* (Animad. cit. §. 12. Sum. pag. 166. *per errorem* 66.); hæc inquam legenti Dei Famulum supra comunem aliorum proborum, ac divini verbi præconum morem operantem exhibent, qui dies ab aliis quieti solatioque datos ipse laboribus Charitatisque operibus tribuebat. Plurimum propterea ingenuo Censori debemus alterum ex locis indigitasse, qui Ven. Baptistam demonstrat Heroem. Post enim relata verba *davasi tutto il pensiero di far del bene* = e vestigio enumerantur Ejus opera = *Portavasi a visitare li Carcerati, gl' Infermi, e faceva simili opere di Carità. Mi ricordo* (inquit ibidem alter ex Sociis) *che una volta s' incontrassimo in occasione, che doveva seguire la Giustizia di un Condannato a morte, ed il Canonico De Rossi fu quello, che quantunque per accidente si trovasse in quella Città, assistette l' infelice nelle Carceri, e fino al patibolo.*

149 Qui hactenus heroicam Ven. Viri Charitatem demirati fuimus Ejus modo Prudentiam suspicimus, cum objectum legamus quod *non solo interveniva alle Vignate in Ottobre, ma le proponeva per quelli di S. Galla, e giuocava esso pure* = Animad. cit. §. 12. = Rustici enim et Autumnales illi conventus non tam ad recreandos animos, quam ad eam fovendam atque constabiliendam Sodalium unionem spectabant, a qua ea saluberrima Charitatis Institutio pendebat; hinc EFFETTO DI PRUDENZA *era quello di promuovere l' OTTOBRE delle Vignate in qualche Villa per tutti quelli che operavano in S. Galla, alle quali anch' Egli interveniva, non solo per dare a quelli Operarj in tempi di vacanze un' onesta ricreazione, ma SPECIALMENTE PERCHE' I GIOVANETTI CON QUESTO MEZZO SI AFFEZIONASSERO SEMPRE PIU' A FAR DEL BENE* = Sum. pa. 259 §. 114. = *ANIMAD. §. 12.*

150 Eadem quoque ductus Prudentia S. Philippus Nerius innumeros adolescentes in perlustrandis septem Urbis Ecclesiis

 *più*

*più volte l' anno ed in particolare nei giorni di Carnevale, e nei giorni dopo Pasqua ec. arrivati a S. Sebastiano, ovvero a S. Stefano Rotondo, andavano ALLA VIGNA o de' Massimi, o de' Crescenzi, o al giardino di Mattei nel Monte Celio*, ubi eos cibo potuque recreabat; ut in cit. Ejus Vita *lib.* 1. *Cap.* 14 *num.* 7. *ad* 11. Sic item cum Præses Cœnobii S. Mariæ supra Minervam tyrones suos ad eum mittere soleret, *acciocchè li menasse a ricreazione ec. suoleva menarli in luoghi ameni, dove stavano tutto il giorno, e quivi INSIEME DESINANDO godeva il Santo vecchio vederli mangiare, e stare allegri: che però diceva loro* „ » Mangiate figliuoli, e non abbiate scrupolo, perchè m'in- » grasso in vedervi ciò fare; *ut in cit. Vita lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 4.

151 Quum enim non semper arcum tendat Apollo, vel ipse *S. Joannes Evangelista* cum Discipulis suis ludebat, quia honesta delectatio contra animalem faticationem adhibita ad Prudentiam pertinet, et ad Moralem Virtutem, quam vocant *Eutrapoliam*; uti bene advertit *S. Thoma.* 1. 2. *quæst.* 60. *Artic.* 5. *in corp.* = Ac 2. quæst. 178. Artic. 2. in corp. = ibi - *OPORTET remedium contra faticationem animalem adhiberi per aliquam delectationem intermissa intensione ad insistendum studio rationis, sicut in collationibus Patrum legitur quod S. JOANNES EVAGELISTA cum quidam scandalizarentur quod EUM CUM DISCIPULIS SUIS LUDENTEM invenirent, dicitur mandasse uni eorum qui arcum gerebat, ut sagittam traheret, quod cum pluries fecisset, quæsivit utrum hoc continue facere posset, qui respondit quod si hoc continue faceret arcus frangeretur, si numquam a sua intensione relaxaretur . . . . . et hoc est quod Philosophus dicit in* 4. *Ethic. quod in huius Vitæ conversatione quædam requies cum ludo habetur; et ideo OPORTET interdum aliquibus talibus uti . . . et ideo circa ludos potest esse aliqua virtus, quam Philosophus EUTRAPOLIAM nominat.* = Et confirmat S. Franciscus Salesius *Introduc. ad Vit. devot. cap.* 31. = ibi = *E' NECESSARIO il rilassare talvolta il nostro Spirito, ed il nostro corpo ancora a qualche sorta di ricreazione ec. senza dubio E' VIZIO l' esser rigoroso, severo, e selvaggio, e CHE UNO NON VOGLIA PRENDER PER SE, NE' PERMETTERE AGLI ALTRI ALCUNA SORTE DI RICREAZIONE.*

152 Sed iterum candidus Censor nobiscum una commendat Ven. Viri non modo heroicam Charitatem in Proximos, sed heroicam quoque Ejus temperantiam, dum addit *A rifezione nelle Missioni prendeva la Minestra con qualche poco di Ricotta* = Anne Sancti ab omni prorsus cibo abstinere se debent? vel ab ipso etiam tenuissimo et vulgari *della Ricotta*? Anne heroicum non est sese abstinere a paratis epulis in *mensa abbondante*, et non obstante ingenti corporis defaticatione, vesci dumtaxat *della minestra con qualche poco*

*di*

*di ricotta*? Id autem accidisse legimus, non in Missionibus, sed in Latifundio Decimæ, ubi pronum fuit ex ovili ferre in mensam *la Ricotta*; Sum. pag. 71. exadv. cit. *Animad.* §. 12.

153 Quot vero quantique fuerint Apostolici labores ea etiam occasione ab illo exantlati, qui non modicam quam adhibuit; sed majorem postulassent corporis refectionem, *in objecta Sum. pag.* 71 describuntur = *ibi* = *Nella Tenuta di Decima in occasione che ivi si celebrava la festa di S. Antonio Abbate etc. Egli assieme con altri Sacerdoti portavasi a quella Tenuta nel dopo pranzo antecedente alla Festa. Veniva a cavallo; APPENA GIUNTO PORTAVASI per quelle capanne, e grotti vicine e distanti PER FARE UN PO' DI BENE, ed istruire quei Contadini, Monelli, Lavoranti, e Cicoriari ec. Trattenevasi qualche tempo in quest' opera di Cristiana pietà; e poi ritornava a Decima, E SENZA RIPOSARSI andava in Chiesa PER CONFESSARE, ove SI TRATTENEVA FINO ALLE TRE ORE DI NOTTE in circa. Prima però di mettersi in Confessionale diceva col Popolo le Litanie della B. Vergine, e poi faceva una pratica Istruzione, ossia Catechismo per disporre quelli che ivi si erano portati per confessarsi. Dopo le tre ore in circa tornava a PALAZZO ove era PREPARATA LA REFEZIONE; MA EGLI NON PRENDEVA, se non che un poco di Minestra, e qualche poco di riccotta. Nella seguente mattina ASSAI DI BUON ORA PRIMA DEL FAR DEL GIONNO ritornava in Chiesa, e si poneva subito in Confessionale . . . Sò che lungo spazio di tempo si tratteneva a confessare, finchèe vi era gente, ed EGLI ERA QUELLO CHE FATICAVA PIU' DEGLI ALTRI, perchè quantunque vi fossero altri Sacerdoti quasi tutti i penitenti volevano avere la consolaziane di confessarsi da Lui. Sbrigati i penitenti, per disporli ed infervorarli alla Santa Comunione, FACEVA un breve discorso in forma di CATECHISMO, qual discorso era sì fervoroso, che muoveva i cuori de' Circostanti. Quindi gli amministrava la Comunione, ed il tutto TERMINAVA AD ORA ASSAI TARDA. Sbrigate le opere di Cristiana pietà Egli con gli altri Sacerdoti venivano a MENSA, E QUANTUNQUE questa fosse ABBONDANTE; Egli però NON CIBAVASI CHE DI POCO; ed abbenchè lo stimolassero a mangiare i suoi Compagni, egli condiscendeva in parte, ma ben piccole porzioni prendeva . . . Senza mostrar noja o stanchezza, era così allegro e giojale, che sembrava non avesse faticato. NELLA SERA TORNAVA IN CHIESA, faceva un' altro breve ragionamento etc.* =

154 Quid vero ineptius, quam objicere *andava alle Missioni talvolta anche in Calesse*? = Animad. cit. §. 12 = perinde ac si Sancti itinerari non possint curru, vel cisio vecti? Certe S. Franciscus Salesius, S. Philippus Nerius, B. Al-

phon-

phonsus de Ligorio, aliique curru usi fuere, non modo ad longum iter, ut Vir Venerabilis, sed ad quotidiana etiam pertractanda negocia. Et si enim cisium necessarie absolute non sit ad itinerandum, est tamen necessarium ex fine, ceu distinguit Angelicus 2. 2. *quæst.* 32. *Art.* 5. 6. *in corp.* = scilicet ut Viator minus defaticatus ad præstitutum locum accedat, ubi in casu, ad Apostolicos sustinendos labores aptior evaderet. Sed intelligo ad hujusmodi nugam me provocatum ut cum Teste XVII. etiam ex hoc eventu Ven. Viri patientiam, virtutemque ostendam. Inquit enim ille de missionibus agens *Sum. pag.* 73. §. 146. = *Una volta in vece di farlo andare a cavallo, lo volli condur meco in Calesse, e siccome io ero Giovane, avevo la bizzaria di far correre il Cavallo; nulla diceva il buon Servo di Dio, ma giunti ad un Ponte rovescio SI RUPPERO AMBEDUE LE STANGHE, mi fu ciò di somma mortificazione, ma il Servo di Dio SENZA PUNTO IMPAZIENTIRSI altro non disse, se non che* = Non importa: non è niente: non è niente = Quo quidem infortunio nonnisi Viri Sanctitati referendum est eos præcipites a cisio non corruisse; quemadmodum S. Philippi Nerii Sanctitati tributum, quod dum *andava con alcuni suoi Penitenti in Carrozza ec. cadde in un tratto la Carrozza co' Cavalli dalla parte d' innanzi di una gran buca; sicchè pensavano, che i Cavalli fossero morti, e la Carrozza fracassata, smontando tutti dalla banda di dietro*; vel alias = *Andando Egli parimenti in Carrozza ec. nel passare per un Ponte molto stretto si videro due ruote d' una banda della Carrozza per aria, e l' altre due sole stare nel ponte ec. Il che non ATTRIBUIRONO ad altro, che ALLA SANTITA' DI FILIPPO* = in cit. Ejus Vita lib. 5. *Cap.* 3. *num.* 15. *et* 16.

155 Ut tandem aliquando hujusmodi nugis, et quisquiliis finem imponamus, demirari Animadversio non debet hominem quemdam fuisse *che gli disse, che il prendere la Cioccolata anche nei giorni di vigilia gli pareva una cosa lecita sì, ma di delicatezza, e che però meglio avrebbe fatto a lasciarla* = Animad. §. 12. in fin. At ille Pharisaico zelo ductus, aut eadem mensura metiebatur ægrotos ac sanos, quo insipientius nihil; aut habituales V. S. D. malæ valetudinis incommoda, mentisque viriumque imbecillitatem ignorabat; quibus is Theologorum, ac Directorum consilio Americana illa potione cogebatur matutinam inediam levare, ne ad Apostolicos labores obeundos impos evaderet. Si hæc ille resciisset haud putasset in Canonico Venerabili *delicatezza il prender la Cioccolata anche ne' giorni di Vigilia*, sed *necessitatem*. At præstat afferre contextum a quo aucupata Censura.

*ANIMAD. §. 12. in fin.*

IX. Testis Sum. pag. 249. §. 55. et seqq. = *Era Egli solito di prender la Cioccolata . . . . Ognun vede, che AVEVA Egli BISOGNO DI QUEL RISTORO anche ne' giorni di vigilia, ATTESA specialmente LA COMPLES-*

*SIO-*

SIONE INFERMICCIA, e la vita faticosa ch' Egli menava, a cui si aggiunge che assai leggiero era il ristoro, che nella sera prendeva. Nondimeno VOLLE CONSULTARE PERSONE ESPERTE, E PROBE, ed anche a me si confidò, E DA TUTTI GLI FU RISPOSTO, CHE DOVEVA FARLO, e che non avesse veruno scrupolo. Persona vi fu, la quale quantunque non disapprovasse l' uso del Servo di Dio di prender la Cioccolata anche nei giorni di Vigilia, e convenisse esser ciò lecito, nulladimeno gli disse, che il prenderla o in giorni di digiuno, in qualunque altro tempo sapeva di troppa delicatezza, e che perciò meglio avrebbe fatto a tralasciarla. Il Canonico si pose in qualche pensiero, ciò sentendo con me se n' espresse, MI RICERCO' DI CONSIGLIO, ed io risposi assicurandolo, che A LUI CONVENIVA QUEL RISTORO, e che non doveva tralasciarlo, SE VOLEVA DURARE NELLE SUE FATICHE, e mantener la salute già a sufficienza indebolita, = Doctum sane responsum juxta Angelici Doctoris sententiam in Quolibet. 5. Art. 18. = ibi = Si aliquis in tantum virtutem naturæ debilitet per jejunia, et vigilias, vel alia hujusmodi, QUOD NON SUFFICIAT DEBITA OPERA EXEQUI etc. ABSQUE DUBIO PECCAT. = Et confirmat V. S.D. Confessarius Sum. pag. 302. §. 19. inquiens = Ciò non era in lui effetto d' intemperanza, ma bensì NECESSITA' DI NATURA.

156 Væ S. Philippo Nerio si in Pharisaicum illum Theologum incidisset! redargutus ab eo fuisset, quod una volta dispensò un suo Penitente d' alcuni digiuni di Venerdì, e di Sabato COMANDANDOGLIELO per l' infermità che pativa di Podagra; ut in Ejus Vita lib. 2. Cap. 14. num. 10. = Hæc cum ita sint, quid nostra interest, ex narratis conjici posse Dei Famulum de Americanæ potionis usu, fuisse ab aliquo notatum? = Animad. §. 12. in fin. = Inquirendum enim est an jure vel injuria; cum insipientium mos sit Sanctorum gesta carpere et criminari. Phharisæi quippe et Scribæ Domini semper vel facta negare, vel quæ negare nequiverant sinistra interpretatione pervertere laborabant; ceu advertit Ven. Beda lib. 4. Cap. 48. in Cap. 11. Lucæ; nec non S. Hieronymus lib. 1. Comment. in Cap. 15. Matthæi; et ad rem Cardinalis Bona in Princ. Vit. Christianæ part. 2. Cap. 4. = ibi = NIHIL ADEO SANCTUM QUOD aliqua ex parte DAMNARI NON POSSIT, si velit homo censuræ suæ laxare habenas, et quidquid occurrit in deteriorem partem interpretari. = Idemque docet S. Franciscus Salesius in Introduct. ad Vit. devot. part. 3. Cap. 28. per tot.

## De Statu Sacerdotali.

157 Postquam ad geometricam usque demonstrationem proba-

ANIMAD. §. 14. vimus deliquium illud, quo Ven. Vir adhuc Adolescentulus, et in Romano Collegio Auditor eo in Templo coram Condiscipulis cecidit (*in nov. Resp.* §. 8.) non fuisse epilecticum qualem minus exacte ejus Biographus appellavit = *Animad.* §. 14. = ita satisfactum huic exceptioni fuit, ut novus non superesset eidem locus. Signa siquidem Epilepsiæ a Benedicto XIV. deprompsimus *in prætet. Resp. pag.* 33. §. 83., *et* 84. eaque esse ostendimus ex ejus *lib.* 4. *part.* 1. *Cap.* 13. *num.* 3. 4. *et* 6., si æger frequenter cadat: si in quibusdam temporum mutationibus improviso cadat: si membris distorqueatur: si spumam ex ore mittat: si casus contingat singulis noviluniis, et pleniluniis, et in Lunæ quadratis: si paroxismus per certas periodos erumpat: si ægrotus venenata laboret humorum qualitate cerebri substantiæ infensa: si denique epilecticam diathesim a parentibus contraxerit.

158 Contra vero Ven. Adolescens semel dumtaxat deliquio correptus cecidit; *Proc. Apost. fol.* 44. *et ter.* = Nulla vel a natura, vel a parentibus malam diathesim vel cerebri stupiditatem sortitus fuerat; Nam *era di un bel talento, e MOSTRAVA BELL' APERTURA DI MENTE, quindi applicato alli Studj nel Collegio Romano faceva non ordinario profitto*; Sum. pag. 38. §. 44. = atque erat *il più studioso degli altri, ed in quel tempo non solo era al pari d' ogni altro diligente, ma SUPERAVA TUTTI GLI ALTRI, e nella diligenza, E NEL PROFITTO DE' STUDI*; Sum. pag. 40. §. 58. et seq. = ita ut ludi Magister assereret quod = *passò felicissimamente quell' Anni di Scuola per l' ajuto che riceveva dal De Rossi nell' assistenza alla Scuola*; Sum. pag. 41. *init.*

159 Ejusmodi deliquii causam cum certam et probatam habeamus in Actis, frustra aliam effingere nemo potest, nisi qui extra Acta vagetur; Nam ad nauseam usque in tabulis repetitum legimus illud in deliquium incidisse quia ab adolescentia corpori affligendo studiosus voluit *vincere la sete ed astenersi dal bere, tuttochè bisognoso, per molti giorni*; ex locis allatis in cit. *Nov. Resp.* §. 85. ubi cum Swieteno ostendimus *ad Aphor.* 602. §. *Solebat.* = in syncopem et deliquium incidere qui diu se a latice abstinent.

160 Hisce positis, ubinam locum habet bis terque expetita dispensatio ab Irregularitate? Huic inquisitioni hic locus non est. Erat enim in Ven. Adolescentuli promotione ad Sacros Ordines in Tribunali Vicariatus Urbis; in quo cum nullam requisitam vel obtentam dispensationem legamus, consequens est deliquium illud non ab Epilectica passione, sed a viscerum ariditate fuisse ortum. Nam, non qui semel, sed *qui FREQUENTER CADUNT suspenduntur a Ministerio Altaris*. Cap. Communiter 3. *distinct.* 33. *et Cap.* 1. 7. 9. omnesque Canonistæ; Secus irregulares omnes qui deliquio cadunt in Templis.

In-

161 Inter hæc ne quæso Animadversio quæstionis terminum prætergrediatur. Hactenus enim illius objectum fuit inquisitio causæ deliquii utrum epileticæ vel non. Undenam ergo erumpit illatio quod si convaluisse dicamus deficiet infirmæ valetudinis argumentum? = *Animad.* §. 14. = Convaluit, ut ita dicam, a deliquio, qui numquam imposterum fuit illo correptus. Sed causa quæ deliquium induxerat nimia abstinentia a latice summam quoque induxit virium mentisque debilitatem, qua tota vita habitualiter laboravit. Erat propterea *di una costituzione di corpo assai gracile, era ancora cagionevole di salute*: inquit cl. me. Card. Garampi *Sum. pag.* 67. §. 106. aliique repetunt in Sum. pag. 128. §. 2. *Era dagl' incommodi abituali di salute assai estenuato ed abbattuto* = Et pag. 300. post §. 1. = *Era assai malandato di salute* = pag. 115. §. 35. = *Era Egli di cagionevole salute, spesso soggetto ad incommodi* = pag. 302. post §. 17. = *Astenendosi dal bere per molti giorni, la sua salute soffrì molto di detrimento, E RISENTISSENE PER TUTTO IL TEMPO DI SUA VITA* = pag. 121. §. 36. = *Incommodi di salute, ed estenuazione della persona* = pag. 294. §. 45. = *Attesa la sua gracilissima complessione la sua salute cagionevole, e tantaltri incommodi che pativa* = Ergo ex cessatione deliquii argumentum non deficit infirmæ valetudinis, ita ut tota ejus vita quædam videatur heroicæ illius abstinentiæ a potu prolixitas, qua ad senium usque et obitum carnem suam corpusque afflixit; ut ad rem inquit Testis III. Proc. Apost. *Sum. pag.* 300. §. 5. = *ibi* = *Può dirsi che la sua vita fosse un CONTINUO ESERCIZIO DI FORTEZZA, non curando punto gl' incommodi, e detrimenti della propria salute.* ANIMAD. §. 14.

162 Debilem quidem a diuturna repressa siti passoque deliquio in reliquam vitam Dei Famulum remansisse legimus; numquam vero paraliticum. Perperam igitur *Animadversio* Paralisim arguit, propterea quod in celebranda Missa *dalla Consacrazione fino alla Comunione era sorpreso nelle braccia da un gran tremore per sì fatta maniera, che nel far le Croci sopra il Calice ed Ostia metteva paura di qualche strano accidente, parendo dovesse coll' urto gettare a terra il Calice*; Concluditque quod si hi motus non ad Epilepsiam, sed ad devotionis æstum referamus, debebat Dei Servus ob versionis Sanguinis Christi periculum, vel a Sacris se abstinere, vel devotionis impetum temperare, = *Animad.* §. 14. ANIMAD. cit. §. 14.

163 Heroicæ certe Fidei, non vero naturalis Paralisis effectus erant hi motus, quibus in faciendo Sacro Baptista Venerabilis ad suppedanei usque crepitum quatiebatur, tum quia extra missam paraliticus non erat, tum quia in ipsa missæ celebratione nonnisi ab Hostiæ Consecratione usque ad Consumationem vultu coruscans contremiscebat; eo nimirum dumtaxat tempore, quo Fidei oculis, perinde ac corporeis oculis, Deum in Azymis absconditum præsentem in-

 tue-

tuebatur . Enucleate id Testes deponunt in *Elench. Tit. de Fide pag.* 32. *ad* 35. § 36. *per tot. ubi*.

I. Testis *Proc. Ord. cit. Elench. pag.* 33. *in fin.* = = Questo fervore ( in celebrando ) mi somministra un fon- = damento incontrastabile a crederlo quell' insolito scuoti- = mento, e *tremore* universale di tutto il Corpo *da cui ve-* - *niva sorpreso lo stesso Canonico nella celebrazione della* = *Messa DALLA CONSAGRAZIONE SINO ALLA* = *COMUNIONE*, a segno che ne traballava talora la stes- = sa pradella dell' Altare. Il fatto si rendeva troppo visibi- = le a tutti gli Astanti, che restavano ammirati dell' inso- = lito avvenimento; tanto più che NON AVEVANO VE- = DUTO IN LUI TALI MOVIMENTI, *ed agitazioni* FUO- = RI DELLA CELEBRAZIONE *della Messa*, NÈ SAPE- = VANO *per altra parte* CHE EGLI FOSSE IN CONTO = VERUNO PARALITICO, *o male affetto in alcuna par-* = *te del Corpo* . . . . Et pag. 34. = *Questo l' ho sempre cre-* = *duto effetto di un santo ribrezzo che Egli avesse, ed una* = *somma riverenza a Gesù Sagramentato, simile a quella* = *de' Serafini, de' quali si dice nelle Scritture, che tre-* = *mano di un sant' orrore innanzi al trono di Dio*. =

III. Testis *Proc. Ord. cit. Elench. pag.* 34. = Ho osser- = vato *che FATTA LA CONSACRAZIONE si accen-* = *deva visibilmente in volto*, e cominciavano a tremargli le = mani in modo, che dava a conoscere PROCEDERE IN = LUI QUESTO TREMORE *dal gran rispetto*, E DALLA = VIVA FEDE colla quale faceva quella grande Azione del = Sacrifizio, perchè TERMINATA LA MESSA ERA AL- = TRESI' TERMINATO IL TREMORE; il che non sareb- = be succeduto se fosse stato effetto di debolezza, o di altra = causa naturale.

V. Testis Proc. Ord. *cit. Elench. pag.* 34. = Io moltis- » sime volte ho osservato, che FATTA APPENA LA CON- » SACRAZIONE, *nel proseguimento della Messa* FINO AL- » LA COMUNIONE *inclusivamente*, vale a dire tutto il tem- » po che aveva avanti di se l' Ostia consagrata, era sorpre- » so da un tal tremore nelle mani, e posso dire in tutta » la vita, che faceva perfino tremare la pradella dell' Al- » tare, dove non era ben ferma. PIU' VOLTE CHE MI » CI SONO TROVATO PRESENTE, nel vederlo fare le » Croci sopra all' Ostia, ed al Calice colla mano treman- » te, ho temuto che potesse urtare il Calice, e versarlo so- » pra l' Altare, BENCHE' CIO' NON SIA MAI SUCCEDU- » TO; anche per quanto mi pare, in tal tempo gli trema- » va alquanto la voce. Questo tremare in Lui, CHE NON » ERA PARALITICO, era di quella virtù e concetto di » Santo, che si teneva da tutti, e che SI RESTRINGEVA » AD ESSERNE SORPRESO IN TALE AZIONE SOLA- » MENTE &c., era EFFETTO DI quella VIVA FEDE che » il Canonico De Rossi aveva della presenza reale di Gesù » Cristo nell' Ostia consagrata.

Choerent *ex Proc. Apost.* Testes VII. VIII. XIII. XIV. XVII. cit. Elench. *pag.* 33. nec non Testis VI. Proc. Ord. *pag.* 34.

162. Hi porro motus in celebrando Sacro non ad morbosam corporis affectionem, sed ad heroicam Fidem et Charitatem in Deum relati fuere in Causa S. Philippi Nerii, teste Benedicto XIV. lib. 3. Cap. 49. num. 01. = ibi = *In Vita S. Philippi Nerii* lib. 2. Cap. 1. *refertur, Eumdem cum missam celebraret ADEO aliquando CORPORE FUISSE AGITATUM, UT SUPPEDANEUM ALTARIS TREMERET. Idem, ut est in eadem Vita* ibid. = *DUM INCIPERET OFFERTORIUM Missæ tali gaudio exultabat, ut QUASI PARALYTICUS videretur, et aquam vino in Calice miscere non posset, nisi brachio Altari innixo; in elevatione sacræ Hostiæ brachia elata remanebant extensa, ita ut per aliquod temporis spatium ea ad se retrahere non posset; aliquando demum POST CONSECRATIONEM adeo spiritu exultabat, ut extremæ digitorum pedum parti innixus CHOREAS DUCERE VIDERETUR.*

163 Iisdemque motibus quati solitum fuisse *B. Alphonsum de Ligorio* cum ad Altaris Sacramentum oraret, ex Testibus in Ejus Causa retulimus *Tit. de Charit.* in Deum *in Elench.* ad calcem 1. *Resp. pa.* 53. *et seq.* §. 81. = ibi = *Veduto tante volte nel visitar Gesù Cristo far molti moti, e sbalzi ... con muovimenti del suo Corpo scuotendosi tutto . . . si vedeva dare alcuni sbalzi verso il Santissimo COME PRESO DA UNA FORTE CONVULSIONE IN TUTTO IL SUO CORPO.*

164 Eccur interrogas Ven. Baptista non se abstinuit a sacris? = *Animad. cit.* §. 14. = Quia piaculum grande dixisses Presbyterum se ab offerendo Deo Sacrificio abstinuisse: docente Apostolo *ad Hæbr. Cap.* 5. *quod omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum ut OFFERAT dona, et SACRIFICIA pro peccatis, qui condolere possit iis, qui ignorant, et errant.* = Et Cap. 8. 3. = *Omnis Pontifex AD OFFERENDUM munera, et HOSTIAS constituitur.* *ANIMAD. cit.* §. 14.

165 Versabatur, inquis, in periculo inter eos motus perdendi Sacra. In eodem quoque Sacramenti periculo versabatur S. Philippus Nerius simillimis motibus in celebrando sacraque ministranda Eucharistia quati solitus; ceu narrare pergit Baccius in cit. Ejus Vita *Lib.* 2. *Cap.* 1. *num.* 18. = ibi = *Nel ministrar questo Sacramento agli altri s' infervorava di tal sorte che SBALZAVA CON TUTTO IL CORPO con grandissima meraviglia di chi lo vedeva; Onde una Ebrea fatta Cristiana essendo andata a S. Girolamo per comunicarsi dal S. Padre lo vide, che PRESA IN MANO LA CUSTODIA COMINCIO' A TREMARE TANTO FORTE, CHE SI VEDEVANO LI COMUNICHINI ALZATI sopra di essa, diventando Egli in viso come di fuoco ec. il che DA ALTRO NON PROCE-*

 *DET-*

*DETTE, SE NON DALLA STRAORDINARIA DEVOZIONE*, *colla quale comunicò quella donna.*

Et Num. 19. = *Quasi lo stesso avvenne a* Nero *Gentiluomo Fiorentino, il quale comunicadosi da Lui ec. vide che il Santo per l' abbondanza dello spirito cominciò talmente a tremare, che il braccio destro nello sbattersi che faceva, s' alzava un palmo dalla Custodia, onde DUBITANDO CHE NON GLI CADESSE QUALCHE PARTICOLA, IL CHE PERO' NON GLI SUCCESSE MAI, gli prendette con riverenza il braccio, e glie lo tenne fermo fino a tanto che si comunicò.* = Et num. 20, = *Un' altra volta ec. fu veduta la Particola con cui comunicava stare staccata in Aria dalle sue dita ec. TANTA ERA LA DEVOZIONE CON CUI* Filippo *FACEVA QUEST' AZIONE.*

166 Neque illud prætereundum, quod uti de S. Philippo Nerio narratur, aliquem veritum quidem fuisse *che non gli cadesse qualche particola*, statim tamen addi = IL CHE PERO' NON GLI SUCCESSE MAI; ita de Ven. Baptista paulo ante a Teste V. *Proc. Ord.* relatum legimus ipsum quidem *nel vederlo far le Croci sopra all' Ostia, ed il Calice colla mano tremante ho temuto, che potesse urtare il Calice, e versarlo*; statim tamen addidisse = BENCHE' NON SIA MAI SUCCEDUTO; causamque scientiae retulisse de visu = *Io moltissime volte ho osservato . . . più volte mi ci sono trovato presente.* Periculum ergo non erat in re, sed in aliena tantum dubitatione positum. Neuter autem, eorum, nec scilicet S. Philippus nec Baptista Venerabilis, Sacra perdendi periculum obire poterant, quia ambo non natura paralytici erant, sed fervore. Ut enim S. Philippus nonnisi in sacra actione artubus contremiscebat; ita et Baptista Venerabilis; nam *terminata la Messa era altresì terminato il tremore*; ex Teste III. paulo superius allato. Ideoque ambo a Sacro quotidie faciendo numquam abstinuere. Leges enim illos a Sacris interdicunt (*Animad. cit.* §. 14. *in fin.*) qui natura morboque paralytici sunt.

167 Eccur, iterum interrogas *Animad. cit.* §. 14. *in fin.* = devotionis impetum non temperavit? Belle quidem dictuque mirum! Hactenus in hoc Sacro Foro regula inolevit a Theologis tradita discernendi Virtutem horoicam a comuni ex *majori fervore* in agendo; et nunc Ven. Baptista redarguitur quod a fervore non temperaverit. Eccur non temperavit S. Philippus Nerius? Neuter temperavit, qui ambo in celebrando Sacro heroica Fide, et Charitate in Deum ducebantur; ita ut in eorum potestate non esset devotionis æstum temperare ab ipso Deo sibi concessum.

168 Et sane. Quum hi motus ad divinam Extasim referantur, juxta Benedictum XIV. *lib.* 3. *Cap.* 49. *num.* 10. = Estasis vero *detur a DEO, ipso hominem movente et ILLUMINANTE AD CONSIDERANDUM EX. GR. ALIQUOD*

*FI-*

*FIDEI MYSTERIUM*, *ita ut auxilio divino perseverante*, *et homine attentius et vehementius considerante*, *idem a sensibus alienetur*; uti docere pergit Pontifex cit. *Cap.* 49. *num.* 4. Hinc Sancti Viri Fidei lumine Christum Dominum in Altaris Sacramento præsentem intuentes non possunt a devotionis æstu temperare, seque ab ecstaticis motibus contineri; uti ponderat Baldellus apud eumdem Pontificem *cit. Cap.* 49. n. 5. edit. Rom. 1748. *pag.* 741. *in fin.* =ibi= *Viene tale Estasi*, *o Astrazione agli Uomini Santi per l' ATTENZIONE ALLE COSE DIVINE talmente ha da dirsi ESSER DA DIO ec. poichè PENSAMENTO DI DIO TANTO INTENSO che assorbisca tutte le forze dell' Anima NON è d' ordinario CONCESSO A TUTTI quelli che stanno in grazia*, *ma solo a pochi secondo il beneplacito della divina Bontà*, *e SECONDO LE DISPOSIZIONI DI CIASCUNO. E non è dubbio che se al semplice sentir ragionare di Cristo Bambino*, *del Divin Sagramento ec. si vede in un tratto assorta un' anima*, *e cavata di se*, *tiene di tali cose GRAN LUME E GRAN CHIAREZZA COMUNICATOLE DAL PADRE DE' LUMI*, *e in virtù di questa alla prima proposta per il senso dell' udito subito arriva al di dentro*, *e tanto si mostra arrendevole a Dio. che QUASI AD UN CENNO SUBITO VOLA AL SUO SENO*.

169 Quin ergo Animadversio Dei Famulum de nimio fervore in faciendo Sacro redarguat, ex ipsius potius supernaturalibus ecstaticis motibus, tantam arguat in Eo fidem erga Divinissimum Sacramentum, quantam in S. Philippo Nerio demiratur Ecclesia, quæ eisdem supernaturalibus signis meruit a Deo decorari. Ita nimirum ferendum esse judicium docet Benedictus XIV. *lib.* 3. *Cap.* 26. *num.* 10. = ibi = *Deus ipse qui mirabilis est in Sanctis suis nonnullis supernaturalibus signis QUAM SIT SIBI suorum Servorum GRATA ET ACCEPTA ORATIO MANIFESTARE dignatus est*.

170 Qui paulo superius legimus eumdem S. Philippum Nerium sacram Eucharistiam ministrasse ex praeconsecratis particulis in Pyxide sive Custodia asservatis; ut *in cit. Vita lib.* 2. *Cap.* 1. *num.* 18. redargutum nunc legimus Baptistam Venerabilem quia *terminata la messa comunicava i Poveri di S. Galla una volta il mese*; cum objiciatur magis pietati ac sacris Ritibus fuisse congruum in ipso Sacro Eucharistiam ministrare = *Animad.* §. 15. = Novus Canon est, præter id, quod licitum conceditur, et bonum, inquirendum ulterius esse quod sit heroicum. Anne oportet ut singula Servorum Dei gesta sint heroica? ita ut heroicitas in ipsa etiam administranda Eucharistia probanda sit? Nemo id ex nostratibus docuit, satisque nobis est quod bonum sit atque licitum ministrare extra missam, ut a quocumque defectu vel culpa immunem Dei Famulum ostendamus. *ANIMAD.* §. 15.

171 Mit-

171 Mitto inolevisse consuetudinem differendi Comunionem post Missam si comunicandi multi sint, ne Missæ Adstantes tædio afficiantur; uti advertit Gavantus in *Rubr. miss. part. 2. tit 10. num XVI. de Comunione Populi* = ibi = *Hodie quia plurimi exoptant finem missæ, et eos tædet expectare alios ut comunicent, præsertim si multi sint comunicandi, DIFFERRI SOLET COMUNIO USQUE AD PERACTAM MISSAM.* Consuetudinem autem, quæ non repugnat Ritibus, sed potius circa modum versatur, servandam ac retinendam esse decrevit Sacra hæc Congregatio *die* 15. *Septembris* 1668. *ac die* 13. *Julii* 1675. in nuperrima *Collect. Decret. num.* 2297. *et* 2584.

172 Illud unum dicam Dei Famulum exacte servasse Rubricam, quæ ut præscribit Comunionem intra Missam faciendam, ita etiam præscribit eam differendam ex rationabili causa post missam = En Rubricæ verba *in Ritual. Roman. tit.* 24. = ibi = *Comunio autem Populi intra missam statim post Comunionem Sacerdotis celebrantis fieri debet ( NISI quandoque EX RATIONABILI CAUSA POST MISSAM SIT FACIENDA* ;) quam quidem Rubricam ita illustrat Barufaldus ad *Ritual. Rom. tit.* 24. §. *LXXX.* = ibi = *Illa parenthesis quæ tempus Comunionis AD FINEM MISSÆ trahit, est pro illis quos tædet expectare alios ut comunicent si multi sint.* Itaque Rubrica, ut a regula generali excludit casum rationabilis causæ, quam Interpretes docent esse = *si multi sint comunicandi* = per adverbium NISI quod *si Oratio affirmativa præcedit NEGAT, quia de sui natura est semper contradicere præcedentibus*; ut advertit Barbosa *Tract. Var. dictio* 216. *Nisi* =; Ita hoc in casu præcipit Comunionem differendam esse post Missam. Atqui Dei Famulus non semper comunicare solebat post Missam, sed semel in mense, idque cum Pauperes S. Gallæ comunicare debebat, qui multi erant; ut in cit. Animad. §. 15. = *Terminata la Messa comunicava i Poveri di S. Galla una volta il mese.* Ergo cum versaretur in casu quo juxta Rubricam differenda erat Comunio post Missam, non modo poterat, sed debebat Comunionem protrahere ad Missæ finem, ne adstantes præ Comunicantium multitudine tædio afficierentur. Pari enim modo tenemur obedire Legi aliquid generatim præcipienti, ac contrarium servare in casu ab ipsa lege nominatim excepto.

173 Huic quidem causæ quam Rubrica *rationabilem* appellat, et altera accedebat excitandi Pauperum animos per Theologalium Virtutum Actus ad devotionem et fidem in Sacra recipiendi Synaxi; *in tale occasione prima di comunicarli unitamente coi Poveri faceva gli Atti di Virtù Teologali* = Animad. §. 15. et in *Sum. pag.* 105. §. 155. ubi Testis V. qui hæc narrat addit = *Faceva gli Atti sudetti delle Virtù Teologali con tanta divozione e con tanta fede, che come io il più delle volte ho osservato, PIANGEVA EGLI PER TENEREZZA, E MUOVEVA A COM-*

PUN-

*PUNZIONE CHI VI ERA PRESENTE.* Quamquidem laudabilem et saluberrimam præparationem si cum Pauperibus fecisset in Missa, Missam interrupisset.

## DE STATU CANONICI

174 Solent homines autumnali tempore, ipso silente Justitio, a curis laboribusque feriari; solent ægroti ad tenuiorem respirandum aerem Medicorum jussu in alieno cœlo apricari. Unus dumtaxat Canonicus Venerabilis, licet et ipse mala semper valetudine usus, ad rusticandum coactus (*ut in Appendic. II. ad Summar. num.* 1.) haud a curis laboribusque cessabat, sed suetis laboribus majores labores addens rusticationem ipsam aliis ad recreandum animum datam in sacris expeditionibus insumebat, ut animas Christo lucrifaceret; uti animadversio narrat *Animad. cit.* §. 15. = ibi = Investigandum tandem ait, *quonam tempore id fecerit, vel cum adhuc Canonicatu potiebatur, quo casu Apostolica venia indigebat, qua Chori munia intermitteret, vel postquam Coadjutorem habuerat qui Choro interesset, quo item in casu necessarium indultum erat, ut abesse posset a residentia.* = Animad. cit. §. 15. = Neque prætereundum id accidisse per postremos V. S. D. vitæ annos, ceu refert alter ex Testibus Sum. pag. 286. §. 3. = *Intorno agli ULTIMI ANNI DELL' ETA' SUA godeva di portarsi con Noi nei mesi di Autunno ALLE MISSIONI, che si facevano ec. in Paesi disastrosi, e piccoli.* Quo quidem tempore Coadjutorem nactus jam fuerat. *ANIMAD. cit.* §. 15.

175 Sed jam tum in *prim. Resp. pag.* 45. *ad* 51. *a* §. 99. *ad* 112. tum etiam in *Nov. Resp. a pag.* 37. *ad* 46. *a* §. 94. *ad* 115. late probavimus numquam Dei Famulum cum Canonicatu potiebatur abfuisse a Choro, nisi legitimo impedimento coactum, audiendi scilicet confessiones in eadem Basilica juxta facultatem sibi primum collatam a sa. me. Clemente XII. et postea in perpetuum confirmatam a sa. me. Benedicto XIV. per Apostolicas Literas datas 27. *Maii* 1743.; ceu patet ex cit. *Nov. Resp. pag.* 40. §. 97. *et* 98. nec non ex *I. Appendic. ad Summ. Addit. ad calcem dictæ Resp.* =

176 Hinc omnes Canonici ejusdem insignis Basilicæ S. Mariæ in Cosmedin Capitulariter congregati, Sacrosancta juramenti religione interposita, ita testati fuere die 13. Julii 1766. in *cit. Summ. Addit. ad calcem prim. Resp. num.* 1. = ibi = *Facciamo noto colla presente ed a tutti attestiamo anche mediante il nostro giuramento ec. come la bo. me. di Gio. Battista De Rossi DA CHE ENTRO' NOSTRO CANONICO SINO ALLA SUA MORTE sempre ci diede motivo di edificazione. . . . ASSIDUO ed esemplarissimo NEL SERVIZIO DEL CORO A CUI NON MANCAVA se non per legitimo impedimento o di vera infermità, o di sentire le Confessioni de' Poveri penitenti, e Contadini affol-*

la-

*lati ne' giorni festivi al suo Confessionario in detta Chiesa*, *per le quali ne aveva ottenuto replicatamente Indulto Apostolico*, *che lo esentava dal Servizio del Coro*. Idemque repetunt alii Testes formiter examinati; imprimisque ejus Coadjutor auritus a videntibus de tempore suæ coadjutoriæ antecedenti, qui ita deponit *Sum. pag.* 52. §. 20. = ibi = *Quanto poi fosse Egli esatto nel Servizio del Coro si può comprendere da quello ho io sentito DAI CANONICI che furono SUOI COMPAGNI PRIMA CHE IO ASSUMESSI LA COADJUTORIA; poichè da questi ho udito che EGLI FU SEMPRE PUNTUALE se pur non era impedito o da una infermità, o dal motivo di ascoltare le Confessioni; durante il quale esercizio era stato esentato dal Coro dal Sommo Pontefice Benedetto XIV.* Nec non Testis V. Proc. Ord. *Summ. pag.* 41. §. 53. = aliique oculati *Sum. pag.* 267. = ibi = *ESATTISSIMO fu nell'adempire all' obligo che gl' incombeva di assistere AL CORO come Canonico* = Et pag. 278. §. 86. = *Come Canonico poi sodisfece esattamente alle sue obligazioni DA CHE COMINCIO' A SERVIR LA CHIESA NON VI FU DI LUI PIU' PUNTUALE AL CORO, PARLANO CHIARO LI LIBRI DELLE PUNTATURE.*

177 Et re sane vera in Libro absentiæ Canonicorum punctis notatæ, si quæ occurrit Dei Famuli absentia a Choro annis 1740 et 1741 notatum legitur abfuisse ex Indulto Apostolico; ut in *Nov. Resp.* §. 98 et latius *in Sum. Addit. prim. Resp. num.* 2 ubi Capituli Secretarius testatur reperiri in Libro absentiæ a Choro Dei Famulum quandoque absentem per annum 1740 *ma sempre ci è notato* pro Confessionibus = *Come nel* 1741 *vedesi una volta puntato in Marzo*, *e più volte nel seguente OTTOBRE MA CI E' NOTATA LA LETTERA B. che significa BREVE*, *ovvero INDULTO APOSTOLICO qualunque*; *in forza delle quali annotazioni non dovette Egli certamente esser soggetto alla Puntatura come DISPENSATO CON FACOLTA' APOSTOLICA*, *O PER ASCOLTAR le Confessioni in tempo di Coro o per MUTAZIONE DI ARIA*, *attesa la sua infermiccia salute*, *QUANTO ALL' OTTOBRE* 1741.

178 Publico Capituli libro documenta respondent. Nam si mense *Octobri anni* 1741 notatum in eo legitur *Indultum*, illud revera Dei Famulus obtinuerat a S. Congregatione Emorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, cui exposuerat quod *avendo bisogno per le sue indisposizioni di portarsi fuori di Roma AD ARIA PIU' SALUBRE secondo l' annesso attestato del medico*, petiitque propterea *la licenza con esimerlo anche dalle solite puntature*; et S. Congregatio potestatem fecit Emo Cardinali Albano illius Basilicæ Diacono indulgendi Oratori ut a residentia sui Canonicatus *per totum Mensem Octobris* abesse posset & qui quidem Cardinalis petitam facultatem concessit *die* 2 *Octo-*

*bris*

*bris* 1741, *ut in præsenti Nov. Appendic. II. ad Summ. Addit. Num.* 1.

179 Hæc porro spectant ad epocam, qua ipse Canonicatu potiebatur; quaque, si Anno 1741 necessitatem habuit *di respirare Aria più salubre* hanc necessitatem comprobavit *coll' Attestato del Medico* et Apostolicum indultum obtinuit. De Posteriore vero epoca qua usque ab Anno 1745 datus ei Coadjutor fuit (ut *in præsent. Appendic. num.* 2) idem Coadjutor testatur *Proc. fol.* 291 *ter.* = ibi = *Mi scelse a suo Coadjutore del Canonicato &c. e questo fu molto prima della sua morte, poichè PER ANNI SEDICI in circa LO COADJUVAI, ma poi tre o QUATTRO ANNI INNANZI che Egli cessasse di vivere me ne FECE LA RINUNZIA* = *Et fol.* 305 = *Se accadeva che avessi io qualche impedimento, lo pregavo a supplire per me, ed Egli prontamente il faceva: cosicchè è certo che durante la mia Coadjutoria NON FU AL SERVIZIO della Chiesa GIAMMAI MANCATO* =.

180 Interea vero temporis licet Coadjutorem nactus, qui Choro intererat, si aliquando ad Missiones perrexit, quod, ut diximus, accidit *intorno agli ULTIMI ANNI DELL'ETA' SUA*; Summ. pag. 236 §. 3 = Indultum juxta Animadversionis vota obtinuerat, ut abesse posset a residentia = *Animad. cit.* §. 15 = Jam enim tum a die 17 *Novembris* 1753 idem obtinuerat Indultum *ad Biennium*. Eo autem exacto ad *aliud* item *Biennium* eamdem facultatem obtinuit *die* 3 *Aprilis* 1756 Iterum tandem *mense Augusto* 1758. supplex eidem Congregationi exposuit *come desiderando di allontanarsi varie volte fra l' Anno da Roma E PER COLTIVARE IL SUO APOSTOLICO MINISTERO DELLE MISSIONI, ed altre consimili opere, bisognandoli in parte per qualche suo affare, ed ancora per bisogno della sua salute, avendo il Coadjutore nel suo Canonicato, supplica l' EE. VV. per la licenza di potere star fuori della sua residenza locale*; et S. Congregatio remisit preces Emo Cardinali Albani Basilicæ Commendatario ut ad *aliud Biennium* facultatem indulgeret, et idem Cardinalis *die* 12 *Augusti* 1758 petitam facultatem ad aliud biennium indulsit, ut Dei Famulus a sua residentia locali abesse posset; ut in *cit. Nov. Appendic. Num.* 1 *Litt. B.*

181 Quum itaque postremi hujusce bienni tempus expiraturus esset Anno 1760, quarto scilicet Anno ante illius obitum qui accidit mense Majo 1764; Quumque jam a præfato Anno 1760 sese Dei Famulus Canonicatu abdicaverat, eumque Coadjutori cesserit, ut ipse testatur in cit. *Proc. fol.* 291 *ter. et in Nov. Resp.* §. 94 = ubi = *Quattro Anni innanzi, ch' Egli cessasse di vivere me ne fece la rinunzia*, proptereaque ad residentiam amplius non tenebatur; evidentissime patet quamdiu ipse Canonicatu potitus fuit, sive post assumptum Coadjutorem, numquam absque Apostolico Indulto a residentia abfuisse.

182 Juris autem præsumptio, quæ nullam aliam probationem admittit, apprime demonstrat, nonnisi Canonica causa petitum, eique datum fuisse Coadjutorem = *Animad. cit.* §. 15. *in fin.* = Secus injuriam Sapientissimo Pontifici Benedicto XIV. afferremus, quod nulla cognita causa eidem Coadjutorem adjunxerit. Quamvis vero non hujus loci sit Pontificis factum notare, præter tamen necessitatem ostendimus canonica malæ valetudinis attenta causa Medici attestatione probata ei Coadjutorem dedisse Pontificem; ceu patet ex transumpto LL. Apostolicarum Coadjutoriæ *expedit.* 30 *Novembris* 1745. *asservat. in Actis Gaudenzi Notarii* Emi Card. Vicarii, cujus particula exhibetur ad calcem hujus *novissimæ Resp. Appendic. num.* 2. = ibi = *Pro parte dilecti Filii Joannis Baptistæ De Rubeis Canonici etc. nobis nuper exhibita petitio continebat quod ipse quadragesimum octavum suæ ætatis annum agens OB VARIAS gravesque et HABITUALES quas patitur sui corporis INFIRMITATES PROPTER QUAS SERVITIO dictæ Collegiatæ Ecclesiæ INHABILIS REDDITUR . . . . . plurimum cupit Te etc. sibi in Coadjutorem perpetuum et irrevocabilem etc. constitui et deputari.* In Decreto denique executoriali cl. me. Cardinalis Guadagni Urbis Vicarii, *loc. cit.* = ita legitur = *Et PRO VERIFICATIONE in dictis Litteris Apostolicis NARRATORUM produxit Fidem Baptismatis dicti R. D. Canonici de Rubeis ex qua apparet ipsum ortum habuisse die* 22. *Februarii* 1698. *prout in fol. etc. nec non PRODUXIT FIDEM Excmi D. Fabii Filippani MEDICI PHYSICI TESTANTIS DE INFIRMITATIBUS ejusdem D. Canonici, prout in folio tenoris etc.* =.

*ANIMADV. cit. §. 15. in fin.*

183 Si juxta Lambertinium in Causa Canonici indagandum est de Chori exercitio = *Animad.* §. 16. = ita religiose, accurate, diligenterque hac in Causa indagatum quæsitumque fuit, ut nil supra possit, pleneque probatum, numquam Dei Famulum Chori servitio abfuisse, nisi legitime præpeditum. Nihilo tamen minus quod ceteri sibi sumunt ad laudem, vitio Dei Famulo vertitur, qui insimulatur quod Coadjutorem nactus, quod Cathedræ pœnitentiæ addictus, quod absens pro exercendis Missionibus veluti studuerit, ne Canonicum ageret = *Animad. cit.* §. 16. = Prudentiæ, contra, Justitiæque fuit Coadjutorem sibi sumere, ut Ecclesiæ suæ servitio consuleret, quod ipse ob graves habitualesque infirmitates præstare non poterat.

*ANIMADV. §. 16.*

184 Fuit item heroicæ suæ Charitatis in Proximos sese, licet infirmum, Pœnitentiæ Cathedræ in sua Basilica addicere, quod munus non studiose ipse quesivit, sed ut Basilicæ Archipresbyteri voluntati obtemperaret, Ecclesiæque servitio provideret; Nam *Monsignor Bottari in quel tempo ARCIPRETE DELLA BASILICA vedendo il bene che faceva il Canonico de Rossi, e LA NECESSITA' di assistere al Confessionale per quei poveri Contadini, che lo tenevano assediato dal buon mattino fin dopo il mezzo giorno, PRO-*

CU-

*CUROGLI UN BREVE Pontificio, in cui si dava facoltà al Canonico de Rossi di udire le Confessioni in tempo del Coro NON OSTANTE LE COSTITUZIONI che lo vietavano, senza che soggiacer dovesse alla pena della Puntatura* = ceu ex *Proc. Apost. fol.* 296. *ter.* retulimus in *nova Resp.* §. 105.

185 Et si vero diebus Festis per Apostolicum Indultum a Basilicæ Archipresbytero obtentum ad excipiendas Confessiones abesse cogeretur a Choro, tamen ipse ut ceteri, imo omnium primus ad Ecclesiam suam se conferebat. Nam *confessava Egli nella Chiesa di S. Maria in Cosmedin, al di cui servizio era come Canonico addetto*; Sum. pag. 55. §. 37. Nisi vero Pœnitentium turba obsideretur, Chorum adibat = *Sebbene non si portasse in Coro la mattina delle Feste, poichè allora affollato da Penitenti al Confessionale ANDAVA peraltro IN CORO nelle altre ore QUANDO NON ERA IMPIEGATO A SENTIR LE CONFESSIONI, E VI ANDAVA ANCHE quando non erano giorni di sua obligazione, o per sua divozione, o in luogo di altri Canonici, che avrebbero dovuto intervenirvi, e che pregavano lui a far le loro veci; tanto che con tutta la dispensa, ed il Breve, il Canonico de Rossi HA SERVITO LA CHIESA ec. CON INTERVENIRE AL CORO AL PARI D' OGNI ALTRO che l' abbia servito con tutta l' esattezza, e posso dire anche CON MAGGIORE ASSIDUITA'. Nell' età sua di* 49. *Anni fece il Coadjutore, ed allora, BENCHE' NON fosse OBLIGATO AL CORO quando vi era il suo Coadjutore, con tutto ciò FREQUENTAVA IL CORO nello stesso modo* =. Sum. pag. 214. §. 279. Et pag. 41. §. 63. = *Sentendo le Confessioni nella medesima Chiesa, VENIVA A SERVIR LA CHIESA ASSAI MEGLIO CHE STASSE IN CORO; ma ancora IN ALTRI TEMPI non impedito dal Confessionale ANDAVA AL CORO, anche quando non gli toccava.* Majorem certe laborem sustinuit in audiendis Confessionibus *dal buon mattino fin dopo il mezzo giorno*; quam alii, qui per aliquot horas psallebant in Choro.

186 Ejusdem quoque Charitatis in Proximos fuit, uti jam sæpe diximus, tempus quo ipse ob habituales infirmitates Autumnali tempore rusticari debebat, Apostolicis laboribus dare eoque in ministerio defaticari, ita ut, si quid sapio, concludendum sit magis eum æternæ Proximorum saluti, quam propriæ valetudini studuisse.

187 Quonam nunc quæso Animadversio spectat, dum subdit hæc ipsa Charitatis opera ad Canonicum, & Canonicalia munera non pertinere; & debere unumquemquam in ea vocatione manere, qua vocatus est? = *Animad. cit.* §. 16. *in fin.* = Vicissim sciscitor quænam sit vocatio Canonici ejusque munera? Nonne eadem ac illa Sacerdotis? Sacerdos non alio ordinatur nomine nisi ad necessitatem, & utilitatem Ecclesiæ; ex Tridentina Synodo *Sect.* 23. *Cap.* 16.

 de

*de Reformat.*, nimirum ad Animarum salutem procurandam; uti advertit S. Thomas *Comment. in* 5. *Hœbr.* nec non S. Jo. Chrysostomus *Homil.* 3. *in Genes. et Homil.* 79. *in Matth. et in Lib.* 1. *de Sacerdotio Cap.* 1. *Homil.* 8. *in Act. Apostol.* Dyonisius Areopag. *Celest. Hierarc. Cap. V.* Beda apud Albert. Magn. *Cap.* 26. & Concil. Mediol. *IV. part.* 3. *tit. Monitiones* =.

188 Sunt quidem Canonici ad psallendum in Choro addicti, id tamen non obstat quominus Apostolicum munus exerceant; Apostoli etiam ad orandum ascendebant in Templum ad Horam Tertiam, Sextam, Nonam, & Vespere, uti habetur *in Actis Apost. Cap.* 6. *et* 16. & commemorat Tertullianus *de Jeiuniis Cap.* 3. S. Cyprianus *de Orat. Dominica*, & Clemens Papa I. *lib.* 8. *Constit. Apostol. Canon.* 34.

189 Hac tamen horaria precatione non obstante iidem Apostoli animarum salute succensi eisdem incumbebant operibus quibus Baptista Venerabilis quæque graphice describit Cornelius A Lapide in *Epist.* 2. *ad Corinth. Cap.* 11. *ver.* 27. *In labore et œrumna* = ibi = *Quo abiit Spiritus Apostolicus? Quo labores, zelus primitivœ Ecclesiœ? APOSTOLI Principes Christi primates Ecclesiœ etc. exaltant et gloriantur in laboribus, et œrumna, frigore et nuditate, PRÆDICATIONE etc. faticationibus nocturnis et diurnis; omnibus omnia fiunt, neminem aspernantur, patres sunt pauperum et afflictorum; barbaros, RUDES, INOPES DOCENT EVANGELIZANT, solantur, eleemosynas corrogant. HÆC APOSTOLORUM FUIT VOCATIO, hœc Principum Ecclesiœ dignitas, de qua ita gloriatur Paulus; hic spiritus fuit primorum Ecclesiœ tum Ministrorum tum Christianorum; NEC adhuc (Deo laus) HOC ÆVO DEFERVIT. HABUIT, ET HABET NOSTRA ÆTAS suos Borrhomœos, Pios, Xaverios etc.* (Baptistam de Rubeis). *Non ergo te pudeat o Antistes, o Doctor, o Pastor hosce imitari, horum exemplo PAUPERES ADIRE, HOSPITALIA ET CARCERES INVISERE, RUSTICORUM AUDIRE CONFESSIONES, miseris consulere, simplices ac RUDES INSTRUERE, omnibus omnia fieri, omnium salutem zelari etc. HÆC IPSA FECIT et passus est CHRISTUS, fecit Paulus, fecerunt Apostoli. IN HIS eorum virtus, SANCTITAS Apostolatus CONSTITIT . . . . . Christum Ducem, Apostolos Principes sequamur, mundum senescentem et frigescentem ignita Charitate et zelo succendamus, ut cum Apostolis aliquando audiamus* = Amen divo Vobis, quod Vos qui sequuti estis me &c. = sedebitis, & Vos super sedes duodecim judicantes Tri= bus Israel =.

190 Imo vero in hac ipsa nostra ætate recens præ oculis exemplum habemus *B. Josephi Oriol* Presbyteri Secularis Beneficiati Ecclesiæ S. Mariæ de Pinu Barchinone; qui licet & ipse Chori servitio addictus, alia etiam nihilominus Apostolica munera, & Charitatis opera exercebat; dignusque pro-

propterea fuit qui duplici hoc nomine summis commendaretur laudibus a Summo Pontifice *Pio VII.* in Apostolicis Litteris ejus Beatificationis *die 3. Septembris* 1806. expeditis = ibi = *Unum ex RESIDENTIALIBUS BENEFICIIS Ecclesiæ S. Mariæ Regum vulgo de Pinu in Patria assecutus tum Choralia et Capitularia sibi demandata munia diligentissime explevit, tum IN SACRIS CONFESSIONIBUS EXCIPIENDIS, SANCTIMONIALIUM PERFECTIONE ET PROXIMORUM SALUTE PROCURANDIS SE INDEFESSUM EXHIBUIT* = Declaravitque Pontifex in eo ad Aras evehendo, tum Canonicis, tum universo Clero exemplum ad imitationem proponere = ibid. = *Nos etc. Apostolicæ servitutis Nostræ esse putamus tanti Viri honorem et venerationem, quantum Nobis ex alto conceditur promovere, tum ad majorem Dei gloriam, tum AD FIDELIUM OMNIUM INCITAMENTUM EORUM IMPRIMIS QUI IN SORTEM DOMINI VOCATI, atque Coelestis veluti Sionis æmuli DIVINAS LAUDES in sacris Templis QUOTIDIE CONCINUNT.*

191 Summa autem commendatione dignus Canonicus Venerabilis est, quod inaudiens alterum ex suis Sociis ad scurrilitatem interpretatum sacra ea verba, *quem genuit adoravit*, picta in quadam tabula *rappresentante la nascita di Gesù Cristo adorato dalla SSma Vergine, sopra di cui erano state espresse dal Pittore quelle parole . . . . . IN MANIERA DI FAR RIDERE, cioè a dire che quel tale che aveva dorato il quadro era di Genova ec. In udir ciò il Servo di Dio si alzò in piedi, e con un tuono di voce che mostrava il suo zelo mi RIPRESE DELL' ABUSO che io facevo delle parole della Sagra Scrittura, dicendomi che non si aspettava da me simil cosa.* Hunc tamen actum licet ad zelum Animadversio referat, veretur tamen ne fuerit secundum scientiam; propterea quod Sacrorum Librorum violatorem severiori modo reprehenderit licet Socium, Missionarium, et in Ecclesiastica Dignitate constitutum, qualis erat Canonicus Severini = *Animad.* §. 17. =. *ANIMADV.* §. 17. *ANIMADV.* §. 17.

192 Utique admirationi Dei Famulo fuit non Secularem ignarumque, sed Missionarium, & in Ecclesiastica dignitate constitutum sacra ea verba interpretatum fuisse ad scurrilitatem, *dicendomi che non si aspettava da me simil cosa* = Animad. cit. §. 17. = Sancti quidem dum aliorum defectus redarguunt nullam præ oculis habent personarum acceptionem, sed unum dumtaxat defectum & culpam, quam intime dolent, ut de Canonico Venerabili Testis advertit *Sum. pag.* 79. §. 7. exadv. cit. = ibi = *Tanto fu IL DISPIACERE CHE PROVO' d' aver io in quella guisa interpretato le sante parole.* Fuit autem zeli juxta scientiam severiorem vultum induere, ut ille qui licet Missionarius, & in Ecclesiastica dignitate constitutus defectum agnosceret, quem non adverterat; ceu monet S. Gregorius *in 2. Part. Pastor. Cap.* 10. *Col.* 30. *tom.* 2. = ibi = *Nonnul-*

*la*

*la autem* ***SUNT VEHEMENTER INCREPANDA***, *ut cum* ***CULPA*** *ab auctore non cognoscitur quanti sit ponderis, ab increpantis ore* ***SENTIATUR***; quemadmodum accidit Canonico Severini a V. S. D. monito, ut ipse ait *Sum. cit. pag.* 79. §. 8. = ibi = ***TALE RIPRENSIONE MI SERVI' DI AVVISO, E MORTIFICAZIONE PER NON CADER PIU' IN SIMILI DIFETTI*** =. Vitium denique non personam respexisse Dei Famulum illud apprime probat quod Testis addit *ibid. sc. pag.* 79. §. 8. *exadv. cit.* = ibi = *Debbo peraltro dire, che dopo avermi fatta quella riprensione così eccitata dallo zelo, si pose in calma, e seguitò a trattarmi nella maniera stessa, con cui sempre mi aveva trattato.*

193 Non sint ea verba = *quem genuit adoravit* = Sacræ Scripturæ verba, quemadmodum vel Dei Famulus, vel Testis asseruit, sunt tamen sententia a S. Scriptura deprompta, & ab Ecclesia usurpata in *Festo Purificationis B. M. V.*, in quo Antiphona ad Magnificat in prim. Vesperis recitanda hæc est = *Virgo peperit, et post partum Virgo permansit, ipsum* ***QUEM GENUIT ADORAVIT*** = idque pluries repetitur in Responsoriis Officii illius Festi. Tridentina autem Synodus *temeritatem reprimit illam qua ad prophana quæque convertuntur, et torquentur verba, et* ***SENTENTIÆ*** *Sacræ Scripturæ* ***AD SCURRILIA*** *etc.* Sess. 4. in decret. de Sacris Scripturis *num. XI.* =.

194 Lepidum tandem est, factoque repugnans animadvertere S. D. Canonico Januensi jocum displicuisse in Januensem. (*Animad. cit.* §. 17. *in fin.*) Testis enim de facto proprio deponit non de alio Eum fuisse questum, nisi de illorum verborum abusu = *Tanto fu il dispiacere che provò* ***D' AVER IO IN QUELLA GUISA INTERPRETATO LE SANTE PAROLE.*** Suspicari forsan potuisses mærorem Ven. Canonicum Januensem suscepisse ex joco in Januensem prolato, si ex Actis constaret imaginem illam fuisse deformem. Tunc enim Januensis Vir ad questum & iram moveri potuisset, deformem illam tabulam Januensi Pictori fuisse tributam. Januenses quippe in pictorica Arte maxime floruerunt, & florent; summisque Viris ea in Arte, tum genere & Patria, tum Schola gloriantur (*a*).

*De pretioso V. S. D. obitu.*

195 Quamquam Alexander VII. Pont. Max. ad annuntiandum Ecclesiæ *S. Thomæ a Villanova* obitum illustrem & sancti-

cti-

(*a*) *Lanzi Storia Pittorica* Pictores patria Januenses enumerat XLII., inter quos celebriores *Carolum del Mantegna*, *Petrum Franciscum Sacchi*, *Lucam*, *et Joannem Cambiaso* = de Januensi Schola enumerat XCVIII. inter quos præsertim *Ghissonium*, *et Petrum Paulum Raggi.*

ctimonia plenum eo potiſsimum argumento usus fuerit in illius Canonizationis Bulla, quod Charitas erga Pauperes quæ ejus vitam, ejus quoque mortem illustrem reddiderat, utpote qui *Ecclesiæ redditus in Pauperes dispersit NE LECTULO QUIDEM SIBI RELICTO. Nam cum in quo decumbebat cum in Coelum evocaretur ab eodem comodatum habuit, cui paulo ante eleemosynæ loco donaverat*; ceu totidem verbis in ejus Actis legimus in *Brev. ad diem 22. Septembris*; nec non in ejus Bulla Canoniz. apud Fontanin *Constit. LXXXVIII.* §. *Tandem*; ubi Pontifex advertit Sanctum se ita gessisse, ut QUI PAUPERIBUS TOTUS VIXERAT IN ALIENO CUBILI DECEDENS PAUPERRIMUS MORERETUR. *ANIMADV. §. 18. et 19.*

196 Quamquam et Nos Ven. Baptistae obitum illustrem et Sanctimonia plenum hoc ipso argumento inter cetera probaverimus, quod in Pauperes distributo satis amplo patrimonio suo, in haereditatem a Consubrino accepto, ne lectulum quidem sibi reliquit. Suo enim cubile multo antea in eleemosynam egeno dato, illud in quo decumbebat cum in Cœlum evocatus fuit a Peregrinorum Hospitio comodatum habuit; uti retulit Tojettus *Summ. pag.* 360. §. 98. = ibi = MORI' POVERISSIMO *e come aveva sempre desiderato, non avendo di valsente che un resto di soli quattro paoli, che io gli diedi, per quanto mi ricordo, il giorno antecedente all'ultimo colpo del suo male; inoltre perchè* MORI' NON NEL PROPRIO LETTO, AVENDOLO *questo* DATO PER CARITA' *molto prima*; *ma IN UN LETTO DEL medesimo OSPIZIO della Trinità.* | Repetitque Sacerdos Novera *Sum. pag.* 354. §. 51. *et seq.* =

197 Quamquam, præter heroicum hunc Charitatis Actum qui instar mortis S. Thomae a Villanova, Baptistae Venerabilis mortem coronavit, de quo nulla umquam aetas conticescet, ejus etiam obitum illustrem ostenderimus ex circumstantiis antecedentibus, concomitantibus, et subsequentibus, quæ VIGINTI SEX VIRTUTUM ACTUS in morte constituunt; scilicet *Fidei*: *Spei*: *Charitatis in Deum*: *Charitatis in Proximos*: *Humilitatis*: *Patientiæ*: *Obedientiæ*: *et Paupertatis*; in cit. Nov. Resp. *pag.* 103. §. 240. ad *pag.* 114. §. 277.

198 Hisce tamen non obstantibus haud factis contentus et Actibus Animadversor rigidissimus verba requirit, suspiria, corporis, et oculorum motus = *Animad.* §. 18. *et* 19. = perinde ac si evidentius ex hujusmodi signis, quam ex factis, ipsarumque Virtutum Actibus in agone exercitis, et ab oculatis Testibus enarratis earumdem Virtutum habitus eruatur. In hunc nimirum finem Servorum Dei in agone positorum ACTA omnia attendenda esse inquit cum Scacco Benedictus XIV. penes *Animad. cit.* §. 19. = Numquid bonus quis extremo morbo laborans non suspirat? Non corpore movetur? Non adstantium precibus sese commendat? Non hostis tentationibus resistit? Ergo ne omnes *Sanctorum*

mor-

morte e vita decessisse dicendi sunt, qui haec signa edidere?
199 Erunt quidem hujusmodi signa pretiosi obitus argumenta in Dei Famulo qui morbi accerbitate improviso sensibus destitutus nullum Virtutum Actum elicere potuerit, ita ut nonnisi ex signis nutibusque Virtutum habitus argui possit. At de Ven. Baptista ingenuus ipse Censor advertit ex una anteacta Vita argui facile posse ejus mortem pretiosam in conspectu Domini = *Animad.* §. 18. = ibi = *Restat disquisitio de Servi Dei OBITU qui tamen ex ipsa Innocentia et Sanctitate vitæ ARGUI FACILE POTEST IN CONSPECTU DOMINI PRETIOSUS, dum EX TOTA piissime punctim ejus VITÆ RATIONE sublimis quædam animo cujusque obversatur idea de ejus perfectione et Sanctitate.* Docte quidem et sapienter. Si enim tanti facienda est anteacta vita, ut pretiosus ex ea et Sanctimonia illustris arguendus illorum obitus est, qui etiam nullis editis signis subitanea morte decedunt; uti monet Benedictus XIV. *lib.* 3. *Cap.* 38. *num.* 24. = ibi = *Aliquando contingere potest ut aliqui Dei Servi moriantur morte subitanea et sic NULLIS EDITIS SIGNIS ex quibus de eorum obitu tutum ab externis indiciis ferri possit judicium ec. SI DE VIRTUTIBUS HEROICIS CONSTARET usque ad obitum continuatis ec. mors prædicta licet subitanea et inopina BEATIFICATIONI et Canonizationi OBSTARE NON DEBERET*; quanto magis hac in Causa exquirenda non sunt suspiria, motus, nutus, et verba, aliaque ejusmodi indicia, in qua præter heroicas Virtutes usque ad obitum continuatas, *viginti sex*, ut ajebam, *Virtutum Actus* in postrema ægritudine et agone exerciti jam comprobati fuere?
200 Sed Animadversioni obsequentes, relictis factis, ad indicia convertimur. Hæc enim ex ipsis factis emergunt.
201 Si ACTA OMNIA attendenda sunt juxta Schaccum penes Benedictum XIV. = *Animad.* §. 18. = innumera exhibent Causæ tabulæ a Dei Famulo exercita in postrema sua ægritudine et agone. Ad restaurandas enim vires, ad Ariciæ Oppidum translatus cum esset, proximæ suæ mortis præscius, quam multo antea eo anno eventuram prænunciaverat (ut in *Nov. Resp.* §. 245.) posthabita veletudine *amò di condursi subito in Roma, dicendo che aveva piacere di morire alla Trinità de' Pellegrini*; (Sum. pag. 358. §. 84. et in cit. *Nov. Resp.* §. 248.)
202 Proximæ item suæ mortis præscius ad eam, instar S. Caroli Borrhomæi, se præparavit *per generalem Confessionem* in Domo Missionis, *in cui aveva atteso ai Spirituali Esercizj.* (*cit. Nov. Resp.* §. 249.
203 Extrema corporis debilitate impar effectus ad sese conferendum ad Nosocomia et Infirmorum domos actum heroicæ Charitatis in Proximum præbuit loculentissimum; qui viciniis infirmis accurrere non destitit, quique ad se Domi

suæ

suæ venientibus ad audiendas eorum Confessiones presto erat; ( *Nov. Resp.* §. 250. = ) Qui licet Apoplexia morbo correptus, ut tantisper convaluit ab audiendis Domi Confessionibus non cessavit ( *cit. nov. Resp.* §. 258. ) qui demum eumdem Charitatis Actum ad postremum usque diem exercuit, quo novo recidivæ Apoplexiæ ictu perculsus Charitatis victima evolavit ad Coelum. ( *Nov. Resp.* §. 271. )

204 Vix a primo Apoplexiæ paroxismo reversus ad sensus, nil habuit antiquius quam *generalem Confessionem* reiterare, ( *Nov. Resp.* §. 259. ) et Sacrosanctum Missæ Sacrificium Deo, maximo licet incomodo, offerre ( *Nov. Resp.* §. 254. ) Impar denique ad celebrandum, lectuloque cubare coactus crebro per hebdomandam per sacram Exomologesim atque Sinaxim intimius sese Deo uniri sategit ( *cit. Nov. Resp.* §. 269. )

205 Per totum molestissimæ ægritudinis tempus voluntatem suam Medicorum et Inservientium voluntati posposuit, sed humilis, et obediens ab eorum nutibus omnino pependit. ( *Nov. Resp.* §. 164. (

206 VERBA AD ADSTANTES requirenti occurrunt quidem in Actis. Cunctis enim ad se venientibus angustia pressis hortatoria monita dabat. ( *Nov. Resp. pag.* 106. *init. et Summ. pag.* 356. *in fin.* ) qui omnes ad pietatem commoti ab eo recedebant. ( *Sum. pag.* 350. §. 18. )

207 Sui quodamodo oblitus, de aliorum tantumodo salute sollicitus, quod per sese amplius non poterat, per alios fieri satagebat. Clericos propterea Presbyterosque ad se venientes rogabat, urgebat, obtestabatur, ne Christianam Pauperum Hospitii S. Gallæ Institutionem intermitterent; sed fervidi prosequerentur; nihilque sibi dulcius quam exercita ab aliis misericordiæ opera audire. ( *Nov. Resp.* §. 255. ) In morituro ergo Dei Famulo concludat Schaccus, qui verba requirit, heroicæ Charitatis in Deum et Proximum habitum. Ait enim ille *de Not. et Sign. Sanctit. Sect. V. cap.* 6. *pag.* 337. = ibi = *Contigit plerumque ut zelo Christianæ Fidei, et ex Jesu Christi ferventi amore Dei Servi morituri ec. in EXHORTATORIA VERBA AD ADSTANTES aliquando prorumperit etc. EX quibus sane Servorum Dei exemplis ac MONITIS PLANE CONSTAT DEUM QUANTUM DILIGERET ET QUANTO AMORE PROXIMOS PROSEQUETUR.*

208 Is item qui eum visitatum adibant, non modo verbis, sed item exemplo ad patientiam divinæque voluntati conformationem edocuit, quibus illi maxime commoti obstupescebant; *la di lui rassegnazione, ilarità, ed esercizio delle Virtù nelle quali in quello stato infelice PER IL BUON ABITO ACQUISTATO in vita tuttavia procurava di esercitarsi . . . . Spiccavano la rassegnazione e la pazienza, soffrendo con tale tranquillità di animo la sì lunga malattia, che RECAVA AMMIRAZIONE a chi trattavalo.* ( ut in *Nov. Resp.* §. 262. *et seq.* ) Ea vero patientia eo magis ap-

 pa-

paret heroica, quò magis atrox morbus erat, qui illum cruciabat; Nam *la convulsione l' assaliva alla testa, alle mani, e a tutte le membra del corpo, che sembrava lo volesse soffocare, e per li sforzi che faceva talvolta dava fuori del sangue dalla bocca* (cit. Nov. Resp. §. 270.)
209 Si verba requiris Hospitii famulo sibi ministranti prolata, ea Ven. Viri Charitatem, heroicamque Humilitatem redolent; Nam *essendogli stati ordinati li brodi di vipera, Egli incaricò il Servente, che s' informasse del costo, perchè quando fossero costati molto, per non aggravare il Luogo Pio NON AVREBBE AVUTO DIFFICOLTA' DI FARSI TRASPORTARE ALL' OSPEDALE de' Ben-Fratelli, non vergognandosi di fare LA FIGURA DI POVERO.* (*Nov. Resp.* §. 257.)
210 Sed magis magisque alia verba eidem Hospitii Administro prolata heroicam ejus Humilitatem probant, cum Sacramentis devotissime susceptis *ricuperò la favella, pregando colle lagrime agli occhi Gio: Francesco Quartieroni Servente in quell' Ospizio, ora defonto, CHE DIMANDASSE PER LUI PERDONO A TUTTI i Sacerdoti ed Amici; giacchè credeva fra non molto di dover passare all' altra vita.* (ut in Nov. Resp. §. 253.)
211 Ejus quoque heroicæ Religionis *verba* fuere, quibus ab adstantibus inaudiens in Apolexiæ paroxismo Sacramentis fuisse munitum, *sentendo dagli Astanti il fatto RINGRAZIO' IDDIO che gli avesse conservato la vita, con dargli spazio di tempo di esser munito de' Sagramenti.* (cit. Nov. Resp. §. 253).
212 Testimonium bonæ conscientiæ vivamque Spem Divinæ Misericordiæ consequendæ ostenderunt *verba* quibus coram aliis Adstantibus Confessario suo sibi suggerenti *la rassegnazione al volere di Dio, con particolare affetto e tenerezza a lui RISPOSE, che era pronto a fare in tutto il volere di Dio, che RIGUARDAVA LA MORTE con occhio indifferente, e SENZA ALCUN TIMORE.* Quo quidem responso adstantes se ad pias lacrymas commotos in Actis professi sunt. (*cit. nov. Resp.* §. 260 *et seq.*)
213 Qui tandem alia *verba ad Astantes* exoptat, ea habet ferventissima ad ultimum usque ejus vitæ periodum, '*cum tal' era l' anzia che aveva Egli di celebrare, che SI RACCOMANDAVA ALLE ORAZIONI DI TUTTI, acciò il Signore si degnasse di dargli forza di poter celebrare almeno la Messa nel giorno di S. Filippo Neri suo gran Protettore; ma la morte lo prevenne . . . perchè Iddio lo volle in compagnia del Santo in quel giorno*. (ut in nov. Resp. §. 270.) Ex quibus sane precibus ab Adstantibus imploratis heroica item ejus Charitas in Deum apprime patet, ex ardenti nimirum desiderio celebrandi Sacrum.
214 Si *verba* item cum Schacco inquiramus, *quibus se Deo commendabat*, ea totidem exhibent, quot fuere postremae suae aegritudinis dies atque momenta; qui ad Divinam
per-

persolvendam psalmodiam modo impar et a Medicis prohibitus, *essendogli proibito di recitare l' Uffizio Divino suppliva con ORAZIONI VOCALI, e specialmente colla recita del S. ROSARIO*; quique ut intimius Deo adhereret *facevasi leggere le Vite de' Santi*; (ut in nov. Resp. §. 265 et 266).

215 CORPORIS MOTUS, quos etiam attendendos laudatus Schaccus exoptat, heroicam Ven. Viri Religionem, Fidem, Charitatem praesetulere. Apopplectico enim ictu perculsus, ut S. Andreas Avellinus, cui *violenta morbi rabies omnem ei loquendi usum abstulerat iterato capitis flexu suscipiendae Eucharistiæ desiderium ostendit*; penes Benedictum XIV. *lib.* 3. *Cap.* 38. *num.* 23. et ipse Baptista Venerabilis ejusdem Sancti aemulatus exemplum fuit, qui etsi violenta Apoplectica rabies ei loquendi usum abstulisset, tamen MOSTRO' DI DESIDERARE IL VIATICO, *che gli fù subito portato* (nov. Resp. §. 251.)

216 Eosdem quoque *corporis motus* quibus suae Religionis Charitatisque in Deum S. Avellinus ostendit, cum *in tanta spirituum perturbatione VISO a longe in Sacerdotis manibus DIVINO SACRAMENTO EDITIS HAUD VULGARIBUS PIETATIS et devotionis INDICIIS, e lectulo surgere conatus fuit*; penes eumdem Pontificem *loc. cit.*, eosdem, inquam, motus Ven. Vir edidit cum AL PRIMO COMPARIRGLI *innanzi* IL SANTISSIMO SAGRAMENTO VOLLE DA SE STESSO SCOPRIRSI IL CAPO *in atto di venerazione, e quindi fattosi il* SEGNO DELLA SANTA CROCE, *e voltandosi* COLLE MANI GIUNTE *al Sagramento, riceve la Sagra Particola con sentimenti di* GRAN VENERAZIONE. (ut in nov. Resp. § 251.) Et Sum. pag. 349. §. 6. = *Fugli amministato il Viatico, quale ei ricevette con contrasegni di singolar divozione, voltandosi verso il Sagramento, e* SUPPLENDO COI GESTI *alla mancanza delle parole.*

217 Similia item Religionis signa spiritusque promptitudinem edidit in Extrema Unctione suscipienda; Nam *Vedendosi piuttosto aggravato si stimò bene munirlo dell'* ESTREMA UNZIONE, *che prese parimenti* CON PRESENZA DI SPIRITO (ut in nov. Resp. §. 251.)

218 OCULORUM MOTUS, quos etiam Schaccus notat *conatusque contra Hostem*, ut S. Andreas Avellinus, dei Famulus ostendit. Cum enim idem Sanctus *prædixisset se in extremo agone habiturum esse validissimum certamen cum humani generis hoste, qui præsentes erant* ANDREÆ VULTUM OFFUSCATUM VIDERUNT; *cumque pugnæ tempus ab eo dictum adesse rati etc.* CONVERSIS AD IMAGINEM *devotissimam* OCULIS *placida serenaque facie ex hujus vitæ pelago ad æternum tranquillitatis portum feliciter evolavit*; apud eumdem Potificem *cit. lib.* 3. *cap.* 38. *num.* 15. et in nov. Resp. §. 273. = Ita et Ven. Baptista *standosi coricato di fianco nel suo letto colla faccia rivolta dalla parte del ge-*

*genuflessorio*, *all' improviso vedemmo*, *che tenendo Egli* GLI OCCHI FISSI VERSO L' IMAGINE DEL CROCEFISSO, *che era nel genuflessorio*, *si andava come tirando indietro colla sua vita*, *e si capiva che ciò gli era di pena*, *e di angustia*, MA GLI OCCI MAI TOLSE DALLA SUDETTA IMAGINE. Hinc praesens Testis XII. Proc. Apost. inquit = *Fui d'avviso che dovesse ciò attribuirsi a qualche diabolica apparenza*, *e* CHE L' INIMICO INFERNALE *volesse in qualche modo spaventarlo*, *onde suggerii di aver ricorso all'acqua benedetta*; *ed in fatti essendosi questa spruzzata verso di Lui*, CESSO' QUEL MOTO *del corpo*, SI POSE *Egli* IN QUIETE *e non molto dopo cessò di vivere* (nov. Resp. §. 272 et seg.

219 Et quoniam in Causa S. Andreae Avellini, ut Lambertinius retulit, animadversum fuit post illud certamen *placida serenaque facie* expirasse; eadem quoque corporis mentisque tranquillitas, qua Baptista Venerabilis post memoratum certamen placide obdormivit in Domino, ejus obitum Sanctimonia plenum demonstrat & illustrem. Nam *postosi a giacere in un lato*, *col suo solito devoto sembiante*, *e cogli occhi aperti ec.* *SPIRO' PLACIDAMENTE l' anima nelle mani di Dio . . . Morì in una TRANQILLISSIMA PACE*, *e con una devota positura*. (ut in Nov. Resp. §. 274. ) Atqui hic ad rem exclamat Cornolius a Lapide in Genes. 49. 32. = *Vide quam PLACIDA sit MORS JUSTORUM*; & S. Bernardus in Vita S. Malachiae = *Feliciter obdormivit in Domino*: *vultus placidus placidi exitus indicium fuit*.

220 Si ergo ex hujusmodi signis tunc editis *cum naturales potentiœ morbi violentia impediuntur quominus suas exerceant operationes*, *MICANT ac splendent VIRTUTUM HABITUS in Vita ACQUISITI*; ceu totidem verbis docet Benedictus XIV. *lib*, 3. *Cap*. 38. *num*. 2. exadv. cit. = *Animad*. §. 19. = ; concludendum necessario est cum Testibus, quod Ven. Joannes Baptista *in questa lunga sua malattia diede a conoscere quanto possa IL BUON ABITO ACQUISTATO nel lungo esercizio DELLE CRISTIANE VIRTU'* = *Nel decorso dell' ultima sua infermità diè segni del BUON ABITO ACQUISTATO nell' esercizio delle Cristiane virtù*; ceu relatum legitur in cit, *Nov. Resp.* §. 276. & 277.

221 Ex tot tantisque signis, actis, et argumentis jam ad probandum Servi Dei obitum illustrem & Sanctimonia plenum a nobis allatis in *Nov. Resp. a* §. 240. *ad* 279. de uno *Animadversio* dubitat vaticinio Canonico Coselli facto, quo per annum ante Dei Famulus tam suum, quam ipsius Canonici Sororis obitum futuro Anno eventurum pronunciavit. Cosellius nimirum de sua Sorore agens *abitualmente ammalata* refert, quod ex verbis a Servo Dei prolatis = *che nell' Anno venturo se la sarebbero fatta insieme* = *interpretai che prevedesse la morte poco lontana di mia Sorella*, *ed ancor la sua*; *giacchè la prima cessò di vivere nel Gen-*

*na-*

naro, ed il Canonico pochi mesi dopo = Animad. §. 19. = Licet vero tempore, quo Dei Famulus *circa le Feste di Natale* ( ut in Nov. Resp. §. 245. ) ea verba aegrotanti mulieri protulit, *che nell' Anno venturo se la sarebbero fatta insieme*, ejus frater Canonicus, intellectu sibi coelitus indito, interpretatus fuit *che prevedesse la morte poco lontana di mia Sorella, ed ancor la sua* argui certo prophetia non possit; non ideo tamen excluditur, quia ejus veritas, non a prædictione, sed ab eventu comprobatur, docente Benedicto XIV. *lib.* 3. *Cap.* 47. *num.* 6. quod = *Ut tutum de vera Prophetia feratur judicium, oportet ut videatur etc. an futurum contingens ab ipso prœdictum EO MODO EVENERIT, QUO AB IPSO PRÆDICTUM EST*. = Atqui Canonici Coselli Soror, cujus obitus tempus occultum erat, utpote quæ non acuto morbo laborabat, sed *abitualmente ammalata*, primo Mense sequentis Anni, ut V.S.D. vaticinaverat, *cessò di vivere nel Gennaro, ed il Canonico pochi mesi dopo*; Ergo de vera constat Prophetia.

222 Si demum *generales* illæ *Confessiones*, quibus se Dei Famulus ad mortem præparavit, primum quidem in domo Missionis *in cui aveva atteso ai Spirituali Esercizj* ( *Sum. pag.* 349, §. 9. *pag.* 357. §. 75. *pag.* 359. §. 92. ) deinde vero postquam lethali morbo correptus fuerat ) *Sum. pag.* 349. §. 9. *pag.* 355. §. 75. *et pag.* 359. §. 42. ) probis quibusque Viris morientibus comunes sunt = *Animad. cit.* §. 19. *in fin*, = decepti dicendi forent ( quod absit ) tum Pontifices, tum Sacer hic Ordo, cum easdem tamquam signum pretiosi Servorum Dei obitus retulere; & præsertim in Causa *S. Caroli Borrhomaei*; in qua *narratur Eum quasi PRÆSCIUM PROPRINQUÆ MORTIS ad Montem Varallum se contulisse ubi piis meditationibus et peccatorum CONFESSIONE GENERALI se ad mortem prœparavit*; verba sunt Benedicti XIV. *lib.* 3. *Cap.* 38. *num.* 11. ; et eamdem circumstantiam Confessionis ante obitum a *S. Thoma Aquinate* peractæ maximi fecit Joannes XXII. in ejus *Bulla Canoniz. apud Fontanin.* §. 4. Ceteri quoque Virtutum Actus, qui licet piis etiam Viris comunes sunt, ab adjunctis tamen facilitatis, alacritatis, fervorisque in Dei Servis evadunt heroici, in eorum agone ponderandi sunt; quia ex eis *micant ac splendent VIRTUTUM HABITUS IN VITA ACQUISITI quando nimirum naturales sensus et naturales potentiae tam interiores quam exteriores morbi violentia prœditœ impediuntur, quo minus suas exerant operationes*; ceu totidem verbis monet Schaccus apud Benedictum XIV. *lib.* 3. *Cap.* 38. *num.* 2. *ANIMAD. §. 19. in fin.*

223 Sed jam umbræ & nubeculæ, quæ religiosissimo Censori huic Sanctitatis syderi adhuc objici videbantur, adeo perfecte dissipatæ sunt, ut nil reliquum sit, quam quod SANCTITAS VESTRA decernere dignetur de Ven. Jo. Baptistæ *Virtutibus Constare in gradu heroico*. Id vehementissime exoptat, non modo Januensis Civitas, in qua is ortus

est

est, sed præsertim ROMA, *quam* a prima adolescentia ad obitum usque & *præclaris exemplis illustravit, et verbo Dei instituit, atque eximiæ exercens pietatis opera permulto sudore irrigavit* ( Animad. §. 1. ) Id jure quodam suo postulat Romanus Clerus ut præmium Virtuti debitum assequatur, qui fuit *Romanorum gloria Sacerdotum, atque adeo etiam Canonicorum insigne decus*. ( Animad. cit. §. 1. ) Id humillime exorant Canonici, & Capitulum insignis Basilicæ S. Mariæ in Cosmedin, ut hic Heros, quem olim habuere Socium, tamquam Sanctitatis jubar *effulgeat in Templo Dei ad CLERI TOTIUS exemplum et incitamentum* ( Animad. cit. §. 1. ) Id denique Sacerdotum coetus, qui Ven. Viro auctore in *Hospitio S. Gallæ* Christianæ Pauperum institutioni student; quique Ejusdem Causam per Postulatorem vigilantissimum *Ad. R. D. Telesphorum Galli Canonicum S. M. in Cosmedin* omni ope, atque opera promovent, non modo efflagitat, sed enixis fervidisque precibus nobiscum una precatur.

Quare &c.

*Hyacinthus Amicius Adv.*
*Joannes Rosatinius.*

REVISA

*And. M. Frattini S. R. E. Assessor, et Fidei Sub-Promotor.*

# APPENDIX II.

## AD SUMMARIUM ADDITIONALEM

Num. 1.
*Pontificia Indulta V. S. D. concessa discedendi a Residentia.*

A

### *Insignis Basilica S. Mariæ in Cosmedin*

Testor Ego subscriptus Rmi Capituli præfatæ Basilicæ Pro- Secretarius, qualiter in Libro XVI. quod in Nostro Archivio asservatur, cui Titulus = *Di Scritture diverse* = et præsertim pag. 11. et 12. duo Supplices Libelli reperiuntur manu propria exarati a Nostro Ven. Servo Dei Joanne Baptista Canonico De Rubeis, jam alias Sacræ Rituum Congregationi exhibiti anno 1806. in Ipsius Scriptorum examine; qui quidem Libelli ad EEmos Patres Sacrosanti Concilii Tridentini Interpretes porrecti, una cum respectivis Rescriptis, nec non Decretis Executorialis Ejusdem Basilicæ tunc temporis Commendarii sic habent ....

Emi, e Rmi Signori

= Il Sacerdote Giovanni Battista Derossi Canonico della Col-
= legiata di S. Maria in Cosmedin Oratore Umo delle
= EE. VV. RR. *avendo bisogno per le sue indisposizio-*
= *ni di portarsi fuori di Roma ad aria più salubre, se-*
= *condo l'annesso attestato del Medico*, supplica diyo-
= tamente l'EE. VV. a dargliene benignamente la licen-
= za, con esimerlo anche dalle solite Puntature. Che etc.
= *Die 23. Septembris 1741. Sacra Congregatio*
= Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tri-
= dentini Interpretum, attenta Attestatione Medici benigne
= remisit Emo Domino Cardinali Albano supradictæ Ec-
= clesiae Cardinali Diacono, ut veris existentibus narra-
= tis, pro suo arbitrio, et prudentia Oratori gratis indul-
= geat, ut a residentia sui Canonicatus *per totum Octo-*
= *bris proxime futuri* ex causa præmissa abesse possit, et
= interim omnes ejus fructus, et distributiones quotidia-
= nas percipere, perinde ac si Choro et Officiis divinis
= personaliter interesset.

Loco ✠ Sigilli

*A. Card. Gentili Præfectus*

*C. A. Archiepisc. Philippen. Secretarius*

= Attento arbitrio, quod Nobis Sacra Conilii Congrega-
= tio benigne impertita est, petitam facultatem Oratori
= con-

» concedimus in omnibus, et per omnia ad formam re-
» troscripti Indulti, ad quod etc.
» Datum Die 2. Octobris 1741.
» Loco ✠ Sigilli

*Alexander Card. Albanus Commendatarius*

**Emi, e Rmi Signori**

B
*Alia Indulta discedendi ad Missiones.*

» Giovanni Battista de Rossi Canonico della Basilica di
» S. Maria in Cosmedin Oratore Umilissimo delle EE. VV.
» umilmente espone, come desiderando d'allontanarsi
» varie volte fra l'Anno da Roma, e per *coltivare il suo*
» *Apostolico Ministero delle Missioni*, ed altre consimi-
» li opere, bisognandogli in parte per qualche suo af-
» fare, ed ancora per bisogno della sua salute, avendo
» il medesimo Oratore il Coadiutore nel suo Canonica-
» to, supplica l'EE. VV. per la licenza di poter star
» fuori della sua residenza locale, e potere altresi lucra-
» re nella sua assenza, come se fosse presente, le di-
» stribuzioni quotidiane, e tutt'altro, che concerne il suo
» Canonicato, avendo ottenuto simile Indulto *per bien-*
» *nium* sotto il dì 17. Novembre 1753., ed un' altra vol-
» to per altretanto tempo sotto il dì 3. Aprile 1756.
» Che ec.

» Die 22. Julii 1758. Sacra Congregatio Emrum S. R. E.
» Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum be-
» nigne remisit Emo Domino Card. Albano supradictæ
» Basilicæ Commendatario, ut veris existentibus narratis
» pro suo arbitrio, et prudentia Oratori gratis indul-
» geat, et dummodo Coadjutor inserviat, a sua Resi-
» dentia locali per aliud Biennium tantum ex causa præ-
» missa abesse possit.
Loco ✠ Sigilli

*C. Card. Argenulli Præfectus*
*I. A. Furiettus Secretarius*

» Utendo facultatibus a S. Congregatione Nobis tributis, Ora-
» tori indulgemus, ut *per Biennium* a sua Residentia lo-
» cali abesse possit, dummodo tamen Ejus Coadjutor in-
» serviat. Datum ex Aedibus Nostris hac die 12. Augu-
» sti 1758.
Loco ✠ Sigilli

*Alexander Card. Albanus Commendatarius*

Præsens Copia cum Originalibus collata, plene, et ad ver-
bum concordat, ideoque ipsam mea manu subscripsi,
Ejusdemque Capituli Sigillo munivi. In quorum Fidem etc.
Da-

Dabam ex aedibus nostris Capitularibus hac die 30. Decembris 1831.

Loco ✠ Sigilli

*Aloysius Canonicus Prinzivalli Pro-Secretarius*

*Transumptum Bullæ Benedicti PP. XIV. Exhibit in Isrumento possessionis peractæ a Sacerdote Cajetano Gambirasi sub die 30. Novembris 1745.*

Num. 2. *Stabienales Infirmitates a V. S. N. Pontifici expositæ, et probatæ ad Coadjutorem obtinendum.*

A

Benedictus Episcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Cajetano Gambirasi Presbytero Romano . . . *Pro parte dilecti filii Joannis Baptistæ de Rubeis Canonici* Sæcularis et Insignis Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Cosmedin, Schola Greca nuncupatæ, de Urbe Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipse quadragesimum Octavum suæ ætatis annum agens *ob varias gravesque, et habituales quas patitur sui Corporis infirmitates, propter quas Servitio dictæ Collegiatæ Ecclesiæ inhabilis redditur* de cætero eidem Collegiatæ Ecclesiæ ratione illius Canonicatus et Prebende quos obtinet, in divinis per se ipsum ut convenit deservire, oneraque sibi illorum ratione in cumbentia perferre non valet, proptereaque et ex certis aliis Causis animum suum moventibus plurimum cupit te, de cujus fide probitate sufficientia et idoneitate plurimum in Domino confidit, sibi in coadiutorem perpetuum et irrevocabilem in regimine, et administratione dictorum Canonicatus et Præbendæ cum futura in illis successione per Nos, et Sedem Apostolicam ut infra costitui, et deputari. Quare pro parte tua et dicti Joannis Baptistæ Nobis fuit humiliter Supplicatum, quatenus Te dicto Joanni Baptistæ in Coadiutorem in Regimine et administratione præfatis constituere, et deputare, ac alios in premissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur etc.

Decretum Pro D. Cajetano Gambirasi
Die Vigesima Nona Novembris 1745.

B

*Decretum Eminentissimi Card. Vicarii.*

Coram Emo et Rmo Domino Jo. Antonio Tituli S. Martini in Montibus S. R. E. Presbyero Card. Guadagni SSmi D. N. D. Papæ in Alma Urbe Vicario generali Romanæque Curiæ ejusque Suburbiorum et districtus Jud. Ordinario et ad infra peragenda ab eodem SSmo D. N. Papa specialiter delegato meque etc.

Comparuit Adm. R. D. Cajetanus Gambirasi Presbyter Romanus mihi ec. cog. et Eminentiæ Suæ, reverenter esposuit ipsum et Adm. R. P. Joannem Baptistam de Rubeis Canonicum Secularem, et Insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ in Cosmedin Scola Greca nuncupatæ de Urbe supplicasse SSmo D. N. Papæ quatenus T. R. P. Canoni-

nonicus de Rubeis quadragesimum Octavum suæ ætatis annum agenti *ob varias, gravesque et habituales, quas patitur sui Corporis infirmitates propter quas servitio dictæ Collegiatæ Ecclesiæ inhabilis redditur*, de cetero eidem Ecclesiæ ratione illius Canonicatus et Præbendæ quos obtinet in divinis per se ipsum ut convenit deservire oneraque sibi illarum ratione incumbentia perferre non valet etc.

Et pro verificatione in dd. Litt. Apostolicis narratorum produxit Fid. Baptismatis dicti R. D. Canonici de Rubeis, ex qua apparet ipsum ortum habuisse die 22. Februarij 1698. prout in fol. etc. nec *non produxit Fidem Excellentissimi D. Fabii Filippani Medici Phisici testantis de infirmitatibus ejusdem D. Canonici*; prout in folio tenoris etc.

Qui Emus et Rmus D. Card. Vicarius et Jud. visis præfatis Litt. Apostolicis et Juribus ut supra predictis illiusq. perlectis, et consideratis etc. dixit et declaravit *constare de verificatione* in dd. Litteris Apostolicis *expositarum*, et propterea auchtoritate sibi, ut supra, delegata ad earumdem Litt. Apostolicarum exequtionem modis et formis prout in eis continetur deveniri possit decrevit non solum etc. sed et omni etc.

*I. A. Card. Vicarius*
*Stephanus Galli Eminentissimi Auditor*
*Claudius Rota Not.*

REVISA

*And. M. Frattini S. R. C. Assessor et Fidei Sub-Promotor.*

